



RESPONSVM NOVVM

PETRI ANTONII BOSELLI VITALENGI
SACERDOTIS THEOLOGI CREMONENSIS
De Potestate Pontificis in Temporalibus
Per directionem, & correctionem ad æternum bonum
Aduersus Tractatum
GVLIELMI BARCLAII DOCTORIS GALLI
Dedicatum
Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Col.mo
FRANCISCO VICECOMITI
Pastori Vigilantissimo Ecclesiæ Cremonensis

In quo responso etiam aliorum similes conatus frustrati depelluntur, & totum illis contrarium demonstratur, etiam pluribus nouis argumentis, & solutionibus.







FERRARIÆ

IN THYPOGRAPHIA CAMERALI
Superiorum Permissu. 1647.





Ill.mo & Reu.mo D. D. meo Col.mo

FRANCISCO VICECOMITI
PASTORI VIGILANTISSIMO
Ecclesiæ Cremonensis.



REATOR a condita Creatura, in recognitionem collati benefitij, & suæ omnipotentiæ, & Maiestatis, sensibile argumentum, scilicet quotam fructuũ, & bonorum omnium Imperauit sibi soluendam, quam breui manu, quasi quadam prærogatiua æquiparans sibi Sacerdotium, & Sacerdotem; cuius etiam se & partem, & Hereditatem fecit; mandauit cunctis Mortalibus deferri, & solui Aaron, & descendentibus, & ita his, quorum ipsi figura, & vmbræ fuere. Quamobrem sentiens ad me transmissum mandatum, & si præ humilitate mea non auderem præsentari conspectui tuæ Amplitudinis, animatus Diuino Imperio venio ad te, Sacratissime Sacerdos vnus ex terminis vmbrarum veteris Sacerdotij, soluens de fructibus meæ mentis iam fructificantis per annos triginta, munusculum, si non decimationem operum meorum; scilicet responsum Tractatui procacissimo Gulielmi Barclaij Doctoris Galli, in quo scripsit contra omnem Potestatem Pontificis in Temporalibus, tàm directe, quàm indire-

In num. 18. Leuit. vltim. 1. Paralip. cap. fin. D. Deut. 18. A. In num 18. cap translato de constit. ad Hebr. 9. G. 23.

Ete, cui, & si Eminentissimus Cardinalis Bellarminus iam senex responsum reliquit; Nemo tamen dubitet me ab eius responsis, aut sensum, aut verbum desumpsisse, ne aliena, vt mos est plurimorum, mihi attributa offerrem. Hoc munusculum serena mente recipias rogo, quali deuotione ego offero, & ne despicias tributa, quæ consueuere lumbardi soluere Serenissimis Attauis tuis; etiam alio genere, ab humilitate mea suscipere. Angelus Omnipotentis a Gedeone rustica dona, carnes, & azimos panes non abhorruit suscipere, & tacta summitate Virgæ, quam gestabat, resoluit in sublime elementum, secum comportans ad Cælum, relicta benedictione offerenti; quam & ego a tua clementia expostulo.

Lib. Iud cap. 6. C. D. E.

Cremonæ Anno 1647.

Humillimus Seruus

Petrus Antonius Bosellus Vitalengus Cremonensis.

Ad

Ad per Illust. ac Reu. D. D.
PETRVM ANTONIVM
BOSELLVM VITALENGVM
Ingeniorum Phænicem.

Clio Musa canit Classicum, Inuitat cæteras.

EPIGRAMMA.

Carmine iam tandem sano Miracula vates
Dicite, Iam vester sit sine fraude furor.
Heroem inuenio, cuius de laude Cothurnus,
Abiectis fucis ambitiosus eat.
Fingite quod vultis lauros attollite, Numen
Fundite, nam Phœbũ, et Pallada quis celebret?

D. A. M. R. C. R. C. de S.

Dulciloquis Euterpè flatibus vrget calamos, & respondet commendans eundem vt veram Ecclesiastici Scriptoris Imaginem.

EPIGRAMMA.

STemmata clara virum laudo, mihi læta placeret
Purpura, sed fastus hinc procul esse volo.

Miror & ingenij celeres indagine motus,
Quod tamen exacuat peruigil arte labor.

Ardentesque probo generosi pectoris ignes,
Sed quos frænet bonos, ingenuusque pudor.

Commendo canos, sed quos prudentia tingat
Laudo graues mores, sed placet vsque lepos.

Vis breuiter, quæ grata viri mihi splendet Imago
Noscere? rem paucis eloquar; Ipse Tenes.

D. A. M. R. C. R. C. de S.

Sic

SIC annuente Reuerendissimo Patre Inquisitore recognoui attentissime Responsum Nouum Petri Antonij Boselli Vitalengi Cremonensis inscriptum de potestate Pontificis in Temporalibus. In quo cum nihil inuenerim quod bonis moribus, vel Orthodoxę fidei repugnet, dignum censeo, quod in lucem edatur.

D. Ant. Maria Ripa Cler. Reg. de Somasca
Reuisor S. Officij pro Reuerendissimo
Patre Inquisitore Ferrariæ, &c.

Imprimatur.

Franciscus Cuccinus Inquisitor.

Franciscus Pellizzarius è Soc. Iesu pro Eminentissimo D. Cardinali Episcopo Ferrariensi vidit, & approbauit.

Imprimatur.

Antonius Leoncillus Vic. Gen.

Summa

Summa Capitulorum Tractatus GVLIELMI BARCLAII *DOCTORIS GALLI* Contra Potestatem Pontificis in Temporalibus.

1. *Capite primo Barclaius p amittit excusationem scribendi*

Nos reuelamus & damnamus eius perfidiam, & temeritatem scribendi.

2. *Cap. 2. Distinctionem Potestatis Polijticæ & Pontificiæ probat, & vltro independentiam vtramumque enititur probare.*

Nos acceptata distinctione earum, reprobamus independentiam, solutis rationibus illius, & dependentiã Potestatis Polijticæ a Pontificia demonstramus, & fusius per sequentia capita.

3. *Cap. 3. Incipit impugnare sententias Canonistarum, & Theologõrum de tali Potestate Pontificis in Temporalibus, tàm directè, quàm indirectè; ita demisso proposito, contradicens suo capiti secundo, de independentia Potestatis Polijticæ, & Ecclesiasticæ inuicem, ex toto contendit probare Ecclesiasticam, imo & Apostolos, & Pontifices fuisse iure Diuino & natura subiectos Potestatibus Polijticis, etiam Ethnicis. Inde versus finem cap. 3. reuertitur ad propositũ cap. 2. scilicet Politicam nõ subijci Ecclesiasticæ, inde impudente irrisione mordet Titulos, quos ipse fingit, Pontificum.*

Nos omnibus his solutis demonstramus insubiectionem iure Diuino Apostolorum, Pontificum, & Ecclesiasticorum a Politicis Potestatibus maxime ethnicis. & non esse fastosa, sed veracia, & honesta verba titulorum Pontificum.

4. *Cap. 4. Barclaius maui methodo perscrutatur, & assignat originẽ asserta ipse vt dicit Potestatis Pontificis in Temporalibus. Postea flectitur ad excõmunicationes assertas ab eo iniustas, nulla ratione esse timendas, inde contendit afficere nulitate sententiam Gregorij 7 contra Henricum 3. Imperatorem. Inde reuertitur ad ca. 2. quod non competat Ecclesiæ Potestas in Temporalibus super Principibus, neque ex causa Hæresis, quibus per nos solutis.*

Demonstramus veram originem Potestatis Pontificis in Temporalibus, & sententiam excommunicationis iniustam esse timendam etiam assertam a Deo, & aduocatis eius nullam esse timendam vsque quo de eius nullitate legitimè, non autem illegitimè constet, & amplius defendimus sententiam Gregorij 7. contra Henricum 3. Imperatorem, & amplius per 29. argumenta educta

re Christifideles iurè Diuino fuisse subiectos Principibus Ethnicis, et Hæreticis et à Religioni infensis, etiam urgentibus fideles a vera religione egred., ideoque ab eis se non posse liberare, & procurat euitare vim cap. 17. Deut. de conditionibus Regis eligendi ibi a Deo assignatis; Nos contrarium ostendimus iure Diuino instituente, & ex dicto cap. 17. C. Deut. licet ad tempus consequenter in pœnam peccatorum aliquãdo fuerunt illis a Deo subiecti cõsequenter inquam conditionaliter ex peccatis eorum, non ex Dei proposito instituente prætermissa per nos solutione rationum Barclaij.

21\. Cap. 21. Persistit Barclaius in materia cap. 20. maximè procurat effugere vim Textus Beati Pauli 1. ad Corint. 6. A. B. suo proposito valdè contrariam. quibus solutis: præcitatum cap. 6. A. B. 1. ad Corint. defendimus in suo robore, & de directo fulminare propositum Barclaij ostendimus.

22\. Cap. 22. Barclaius persistit in materia cap. 20. Addens Pontifici non competere potestatem priuãdi Reges infideles, Hæreticos etiã Religioni infensos, neque ab eis posse separare fideles quamuis per tentatos, & vexatos ut deserant religionem; addens blasphemiam, paria esse ius Regis etiam infidelis, & Hæretici, & ius Christiana Religionis ideo propter offensam religionis illos, et si offensores non posse priuari potestate. Quibus per nos solutis, totum contrarium probamus.

Cap 23. Aequiparat insolubilitatẽ Matrimonij iuri Regio Regis, et populorum debito erga Reges, quibus solutis, Imparitatem totalem demonstramus eorum. 23.

Cap. 24. Persistit tentans probare Pontifici nullam competere Potestatem in temporalibus super Principibus, neque ex causa Hæresis, Apostasia. offensionis religionis; addendo contra Euangelium Pontificem esse solum, nudumque Cancellarium Saluatoris super terris non Iudicem nõ potestatem. Quibus per nos solutis, oppositum probamus. 24.

Cap. 25. Urget probare Saluatorem non dedisse Beato Petro potestatem in temporalibus, in illo textu Ioan. vlt. vbi eum fecit Pastorem omnium, &c. Nos solutis eius conatibus, contrarium etiam ex eodem Textu probamus. 25.

Cap. 26. Sicuti in cap. 25. Barclaius pergit tentans probare Saluatorem nullam dedisse potestatem in temporalibus Beato Petro sub Symbolo Pastoris ad oues. Quibus per nos solutis, contrarium probamus. 26.

Cap. 27. Barclaius repetendo quæ dixerat cap. 26. præsumit tentans probare Pontificem non posse dispensare super iuramento subditorum erga suum Principem, neque super iuramento priuatorũ. Quibus per nos solutis, demonstramus posse, etc. et qualiter etc. 27.

Cap. 28. 29. Barclaius carpit ca. inter corporalia de translatione Episcopi de contradictione in suis 28. 29.

parti-

partibus repugnantia côtra suum Auctorem, quibus solutis etiam ex ventre ipsius Textus (quem nullus alter Doctor vt vidi sciuit ex ventre textus soluere,) ex eodem Textu, & alijs sublimioribus modis ignotis alijs Doctoribus demonstramus partes textus concordari inuicem, & cum mente Auctoris ad intentam conclusionem.

30. Cap. 30. Barclaius repetendo obiectiones cap. 27. 26. & 21. asserit Pontificem, & si vix possit excommunicare Principem ob delicta grauia, &c. non posse tamen neque ex causa Hæresis, & offensionis religionis eum deponere, & absoluere populos ab obedientia erga eum.

Cap. 31. Barclaius repilogans superiora dicta induit personam populi, vt nefandissimè possit per dialogum disputare cum Pontifice præsumens eum conuincere. Nos contra personantes vocem Pontificis, eius argumenta dialogica resoluimus ad nihil, & salubriter instruimus, & consulimus populo sacrilego personato per Barclaium, & resistentem conuincimus ipse ex Diabolo, non ex ouibus Iesu Christi, & æternas pœnas sua peruersitatis recepturum. 31.



Declarationes Auctoris ad Ministros Principum cæterosque Laicos.



Dicitur in sequenti opere, & probatur ex Sacris litteris frequentissimis euidentissimis Principes supremos, ex causa transgressionis Diuinæ legis, & mandatorum, sicut in testamento per illos Ministros in Spiritualibus ita in Euangelio deponi, & priuari Apostolica potestate, & denuntiari ita esse priuatos a Deo Regno, & gloria, hoc intelligitur, sicuti etiam explicamus non raro, de transgressione eorum contumaci, proterua, publica, perniciosa, vel periculosa populis ad pernitiem æternam, Diuinæ legis, & mandatorum, maximè in mandatis spiritualibus concernentibus directè Diuinum honorem, licet, & quandoque illud euenerit contra Regies in transgressionibus mandatorum naturalium, & moralium Dei, qualia sunt non occidere, non furari, sicuti Elias fulminauit contra Regem Achab priuationem Regni, mortem nefandam, ob necem Naboth, & sublationem vineæ ab inuito 3. Reg. 21. E. 19. cap. vlt. E. vsque ad F. sicuti euenit per Samuelem Regi Agag Ethnico ob iniustas neces comissas 1. Reg. 15. G. 32. 33. & Regi Saul ob simplicem inobedientiam contumacem Diuino mandato ad demoliendum Regem Amalec, & Regnũ, in vindictam, quod ille malè iniustèquè tractauerit populum progredientem de Aegipto 1. Reg. eod. cap. 15. A. vsque ad F. 28. Deut. 25. D. 18.

In Testamento veteri quidam Ministri Ecclesiastici scilicet de Tribu leui, vt Moyses, & Aaron exod. 2. A. in num. 26. G. priuarunt Regno Reges proteruos contra Dei mandata, & etiam vastato Regno, eos vita priuarunt, sicuti Moyses, & Aaron Regem Aegiptiorum nimis repugnantẽ executioni Diuini mandati denuntiati replicati Exod. 5. vsque ad 14. inclusiuè. Quidam Ministri in spiritualibus, vt Samuel, idem præstiterunt contra Regem Ethnicum 1. Reg. 15. G. 33. Elias contra binos Principes legatos Regis Ochoziæ verbo interfecit 4. Reg. cap. 1.

Quidam vero nec deposuerunt de Regno, nec priuarunt vita Principes proteruos contra Dei honorem, & mandata, sed solum denuntiarunt palam eos ob scelera prægrandia in Deum, esse à Deo Regno

& sepe vita priuandos, & priuatos sicuti Samuel contra Regem Saul 1. Reg. 15. E. 24. F. 28. 29. Ahias in priuatione maioris partis Regni Salomonis in Filio eius 3. Reg. 11. F. 31. & contra Regem Ieroboam cap. 14. B. C. D. cap. 15. G. 30. Elias, Eliseus contra Reges Ochoziam, Ioram 4. Reg. cap. 9. & cap. 10.

Pontifices tamen, termini vmbrarum, & figurarum illorum Ministrorum Dei Testamenti in spiritualibus protentorum contra temporalia Regum ob grauem offensam spiritualium ab eis, &c. reclinata austeritate illorum Ministrorum spiritualium contra Reges, solum vtuntur potestate priuatoria eorum de Regno, & denuntiatoria priuationis eorum Regni a Deo, ita Gregorius 7. contra Henricum 3. Imperatorem, Alexander 3. contra Fridericum, & Innocentius 4. cum Concilio Lugdunensi contra alium Fridericum Imperatorem.

Diximus quoque Animas, & corpora subijci potestati Pontificis directoriæ per obedientiam mandatorum Dei ad salutem æternam, subijci quoque Potestati correctoriæ (vbi spirituale offendunt) eiusdem per obseruantiam mandatorum Dei ad salutem æternam, sicuti nedũ anima sed etiam corpus per animam damnantur ad inferos ex demeritis, & glorificabuntur ex meritis, & potestas Pontificis est super viatoribus declaratorie a parte nostra tendendo ad æternam Beatitudinem. Intelligimus de correctione in facto (saluo iure) non carceris, compedum catenarum, cap tis, &c. vel alia polytica, ad finem Politicum, sed alia spirituali vel carnis, & corpora, vt priuationis dominij, & bonorum congrua, ieiunijs, peregrinatione, militia contra Infideles, pecuniarum solutione & similia ad salutem æternam, neque enim vnquam diximus de facto in hoc responso de pœna Torture, vel capitis contra fideles, salua tamen pœna sanguinis contra Hereticos, &c. & infideles religionem infestantes, quam exercere potest, ex legitima potestate in eos, vt probauimus, Apostolica Sedes in num. 25. A. B. C. D. 18. cap. 31. A. cap. 33. F. G. Deut. cap. 7. A. cap. 12. A. cap. 13. per totum cap. 20. D. 17. Exod. 32. F. 29.

Pariter, vbi diximus Reges, & Principes subijci in spiritualibus, & etiam in temporalibus Pontifici, iam sæpius, ac sæpius, vsque in titulo huius Libri adiecimus in temporalibus per directionem, & correctionem ad spirituale æternum quod alij dicunt indirecte non in temporalibus per media polytica ad finẽ polyticũ terrenę pacis, salua, &c.

Dei lex Euangelica cum mandatis, sicuti, & testamentum vetus, tripartitur quoad materiam, quædam sunt naturalia, idest ad debitum, & perfectionem naturæ, vt non occidere, parentes venerari, quædam moralia, vt non furari, quædam spiritualia, & hæc vel simplicia, vt Deum vnum colere trinum in personis, &c. quædam mixta vt sacramenta, & quæ his afficiuntur, vel deseruiunt, vel hæc agunt, ex quibus.

bus constat Religio præcipuè mixta autem, etsi materiam naturalem concernant, attamen quia forma est spiritualis, qua materia naturalis qualificatur, & eleuatur, hinc verè spirituali a sunt, & dicuntur, quia à forma specificante, & eleuante, non à materia, & inferiori subiecto euenit denominatio, sicuti, & vita, formatio, & esse formatum.

Hinc tria mala, tres transgressiones Diuinorum mandatorum sunt, quædam contra naturalia, quædam contra moralia, quædam contra spiritualia, maiora autem mala illa sunt, deteriores transgressiones, quæ fiunt ex malitia contra mandata spiritualia, quia hæc maiora finalia potentiora, & præstantiora sunt mandatis naturalibus, & moralibus, omnia enim hæc sunt veluti media instrumenta, homagia ad spiritualia sicut ad Dei honorem, timorem, animorum, ac corporum in Cœlis super cœlestem fœlicitatem, & salutem, quorum summum malorum sunt pænæ inferorum sempiternæ.

Sancti Dei Ministri in spiritualibus testamenti veteris plerumque susceperunt à Deo potestatem denuntiandi eiectos è solio Principes à Deo ob violationem Mandatorum naturalium, & moralium Diuinæ Maiestatis, vt præcedentibus diximus de denuntiatione Samuelis contra Regem Saul priuationis iure Regni, quia non adimpleuit Dei mandatum naturale, & morale demoliendi Regem, & Regnum Amalec iniquum hostem populi Dei 1. Reg. 15. A. E. 24. F. 28. de denuntiatione Eliæ contra Regem Achab. ob necem Naboth, & vi raptum campum eius 3. Reg. 21. E. 19. Hæc dicit Dominus, occidisti insuper & possedisti, &c. cap. vlt. E. F. priuatio Regni, & vitæ Regis Ioam denuntiata in Sacra pagina, ob necem illatam Zachariæ Sacerdoti ab ipso Rege 2. Paralip. G. 24. 25.

Et etiam Beatus Petrus ex mendacio commisso ab Annania, & Zafira in quota venditionis agri Apostolicæ Sedi, cui fideles tradebant quotam, quod est transgressio Diuini mandati moralis, eos citatos, examinatos conuictos reos, verbo, non gladio, non milite, ex mera sua virtute spirituali Pontificatus exanimauit Act. 5. A. B. ad terrorem præsentium, & posterum, & documentum animo puer recognoscendi Apostolicam Sedem, & cum hoc præstiterit Beatus Petrus non gladio, non exercitu non regno temporali, sed mera vi spirituali dilatata in temporalem, ex iniuria spiritualis suscepta a temporali, pari ratione vnum, & alterum quemcumque hominem peccatorem poterat temporali pœna punire.

Attamen ordinario Principes, (& si à Deo imediatè instituti) fuerunt à Deo Regnis priuati, & denuntiati priuati per Deum, vel etiam visibiliter priuati à Ministris spiritualibus Dei in Testamento veteri, ob violatum ab eis ius mandatorum spiritualium Dei, vt constat in sequenti opere. Moyses & Aaron ita egerunt contra Regem Aegiptiorum,

rum, quia potentia Imperij ausus est inuadere Dei mandatum vocatorium populi ad sibi sacrificandum Exod. 5. vsque ad 14. inclusiuè. Aias contra Regnum Salomonis ob idolatriam eius 3. Reg. 11. per totum, & contra Regem Ieroboam cap. 14. B. C. D. Hieremias contra Reges Israel ob idolatriam (2. Paralip. cap. fin) & Hieremias cap. 25. B. C. &c. Daniel contra Regem Caldeorum Balthassarem denunciauit finem vitæ, & Regni ob contentum eius vasorum Templi Dei sub latorum à Patre suo cap. 5. per totum.

Et ita Apostolica Sedes (remissa austeritate Ministrorũ spiritualium testamenti, & gesti Beati Petri contra Annaniam, & Zafiram, tunc necessarij ad continendum in offitio præsentes, & posteros, a Deo approbati confirmati suo patente concursu in interitum eorum quos Beatus Petrus iudicauerat, damnauerat) vtitur potestate spirituali dilatata in temporalem contra Principes, etsi à Deo imediatè electos, conditionaliter ad Dei timorem, & honorem, &c. ex causa contrauentionis eorum peruicacis contra Dei mandata spiritualia, siue simplicia, siue mixta post adhibitas frustratas monitiones, eos priuando dominio, & gloria, & bonis temporalibus non vita, & denuntiando eos esse iam à Deo priuatos dominio, & gloria, &c.



Barcla-



Cap:



Cap. I.

Barclaius excusationem affert scribendi.



VLIELMVS BARCLAIVS Doctor Gallus in primo capite libelli impudentissimi, vehementissimi contra potestatem Pontificis Vicarij Saluatoris, in Temporalibus, primo præmittit attentats excusationem, hæc scribere pro studio veritatis,& ostẽsione fructus vigiliarum suarum in legalibus,& quia alij Scriptores Catholici de simili materia scripsere subiungens protestationem venerationis suæ erga Pontificem, sequè nihil de eius legitima dignitate detracturum. Hæc ille.

Verumtamen excusatio faciendi est operimentum, vel defectus naturæ, vel motus conscientiæ redarguentis de malo, vel incidentium. Moyses excusabat se apud Deum à munere subeundæ legationis ad populum, & ad Regem Pharaonem, ex defectu naturæ. Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius,& ex quo locutus es ad seruum tuũ, impeditioris, & tardioris linguæ ego sum Exod.4. C. 10. obsecro Domine, mitte quem missurus es ibi C.13. Populus Israel videns Moysem demorentem in Monte ignito, nebuloso, tonitruo, suspicatus interijsse in terroribus, excusationem cæpit petendi ab Aaron Deos Duces. (en ex incidentibus excusatio de malo) Exod. 32. A. Aaron autem, patrato scelere idolatriæ, increpatus a Moyse, excusationem protulit apostasiæ. Nè indignetur Dominus meus: tu enim nosti populum hunc, quod pronus sit ad malum Exod. 32. E. 22.

Proterea iste Barclaius cum excusatione tegat attentatum libelli, prorsus sauciata conscientia eius tumultuabat de scelere contra ipsum; nam scribere contra potestatem Pontificis non est naturæ debitum, cum creatura sicuti est a Deo, sic librata sua rectitudine feratur venerabunda ad Deum, & hinc ad eius Vicarium.

Et quodnam est hoc studium veritatis consequendæ? Filium in Spiritu arrogationis contendere contra potestatem Patris, & ei detrahere? hoc est facinus naturæ repugnans, & ita veritati. Fructus

ſtudiorum eſt, Deo ſeruire non rebellare, impugnando eius ſupremũ Vicarium non exaltare ſolium ſuum ad latera Aquilonis Iſa. 14. ſicuti Dęmones, conſtituendo ſe cenſorem poteſtatis Vicarij Dei, partim relinquendo, partim ſecando vti intruſam, ne grandinem de Cœlo, & faciem frigoris Diuinæ Iuſtitiæ Pſ. 147. vna cum deſertoribus Angelis patiatur.

Referam contra iſtum, in fide haud firmum, ſententiam B. Iacobi Apoſtoli 3. zelum amarum habuiſti, & contentiones in corde tuo, non eſt hęc tua ſapientia (quam pretio totius vitæ tuæ aſſeris comparaſſe) deſurſum deſcendens, ſed terrena animalis diabolica, quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidèm pudica eſt, modeſta, pacifica, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans: ſed hæc tua iactata doctrina eſt inuerecunda, inſolens, vti hirci contra Paſtorem, Filij contra Patrem, procax, ſeditioſa, inflexibilis, plena impietate, cuius fructus eſt auulſio fidelium ab obedientia Romani Pontificis in temporalibus, vt per ſenſibilem contumaciam delectabilem ruant etiam à ſpirituali, quæ fuit promotio, & finis Lutheri, & aliorum Hæreticorum ſeptemtrionis, adeò temeraria, & ſuperba, vt audeat iudicare, diuidere poteſtatem ab illo, qui niſi Deo ſubijcitur, & obſequioſum habet Cœlum, Diuino imperio, mandatis ſuis deſeruiens: quidquid ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis Mathe. 16. qui mittat fulgura ſua & ibunt, & reuerentia dicent ei, adſumus Iob. 38. D. 35. proindè ex verbis Iacobi Apoſtoli, hæc tua prætenſa doctrina, à Deo non eſt, ſed a Dęmone animalis diabolica.

Proteſtationẽ autem mendacem contra factum iſte ſubmittit, nam quanta inſolentia, inuidia, perturbatione animi iſte ſcribat contra poteſtatem Pontificis, ſequens eius libellus atteſtatur, vt non ſine ſtomaco, non ſine horrore perlegi, & ſuſtineri poſſit, videant vniuerſi.

Rationes maculoſas componit. quibus deficientibus, latitat, his fruſtratis, concitat ſeditioſas voces (ſicuti a ias contra Aaron, propter quod ignis egreſſus à Domino deuorauit ſuperbos tumultuantes in num. 16. F. vſque ad finem) ſceleſtiſſimi populi vociferantis, & quaſi dialogiſmo conuincentis, & confundentis ex animo eius, Dei Vicarium, videte quænã eſt iſta veneratio iſtius perfidi illi Apoſtolicę Sedi? ſed ſicuti ſeditioſos contra Aaron ſupremum Sacerdotem flamma cõſumpſit, ita flamma hæreſeorum ſeptentrionis, & infernalis tandem hauſit eum depaſcens, cum lapſus in hæreſim (vt ſcribunt) obierit.

Illam proteſtationem iſte impius promittit adorationis Apoſtolico trono, quã Abſalon deſiderabat Patri Regi, interempturus tamen Amnon Fratrem, & aggreſſurus Maieſtatem Patris, & Regnum 2. Reg. 13. & cap. 15. & herodes promiſerat magis ergã Saluatorem

inuen-

inuentum sibi renuntiatum Math. 2.

Et sanè ex illimo, quot quot scriptores absolutè negarunt Pontifici competere Vicariam Dei potestatem in temporalibus, per attingentiam spiritualium æternorū, in tali articulo esse deuios ab Euangelio.

Nam si temporale (quod præcipuè est corpus cum sensibus, quibus cætera corporalia deseruiunt) non cadit sub potestate Apostolica directiua ad spirituale sempiternum, igitur non est a Deo ad illud ordinatum, quod est contra Euangelium, cum nedum animæ, sed corpora, & sensus hominū per animas suas sistenda sint ante faciem venturi Iudicis, vel clarificanda pro meritis vel pro demeritis sempiterno incendio tradenda; & nedum animæ, sed corpora, & sensus hominum, totumquè compositum humanum Baptismo regenerantur ad Spiritū, & Sacramenta suscipiunt. Potestas autem Apostolica, vt distinguitur à Cæsarea, est in his, & super his, quę, & quantum ad sempiternam fœlicitatem in Cœlis ordinata vel ordinabilia sunt Math. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Pasce Agnos meos, Pasce Oues meas. Ioan. vlt. Math. in fine, Lucas in fine ad Hæbr. 5. A. 5. cap. 1. 2. 3. Tit. 2. cap. 7. 8. Tit. 1. de Sacerdotio, & Imperio nostri hu. operis, & in num. 27. D. vsque ad finem 1. Machab. 2. 2. Paralip. 19. C. in num. 25. C. 7.

Cap I I.

Barclaius distinctionem Potestatis Ponlyticæ, & Pontificiæ, earumque reciprocam independentiam asserit.

IN capite secundo Barclaius incipit disponere suę assertionis lapides offensionis, & petras scandali, & laqueos, ignorantia, vel simplici, vel affectata, ęquiuocatione, quę est error sub tegumento, & vmbra aliqua alterius veritatis, & praua applicatione quorundam verorū, vel non proportionatis materiebus, vel contra legitimū sensum adductorum, vt è constabit, & hæc vocat Auctor fundamenta suæ doctrinæ.

Quæ sunt potestatem Polyticam, & Pontificiam esse distinctam, & vtramquè inuicem insubordinatam, cuius probationes ex eo sunt can. duo sunt, & cùm ad verum distinc. 96. cap. nouit de iudicijs cap. perueнerabilem: qui fil. sint legit. S. Bernardus de consideratione, Ioannes Driedon lib. 2. de libertate Christiana cap. 2. Hosius Cordubēsis Epis. apud Athanasium in epistola ad solitariam Virginem, & tandem ratio scilicet quod vnum non est subordinatum alteri nisi potestas, munusq; subordinati sit in subordinante, quę non sunt Regum, cæterorumquè Principum in temporalibus in Papa, quorum acceptata distinctione

C 2 pote-

potestatum polyticæ, & sacerdotal s, vt cap. 10. tit. 1. de sacerdotio, & Imperio nostri operis; subordinationem temen polyticæ Potestatis sub Pontificia per directionem ad æternum,& per correctionem aberrantium ab æterno per temporalia, & in temporalibus vltra in spiritualibus,contra assertionẽ Barclaij,& al orũ fusè ostẽd mus dicto cap. 10. tit. 1. & ca. 1. vsq; ad 30. tit. 2. eodẽ & sequentibꝰ demõstrab mus.

Et vt breuibꝰ distinctioni bus subuertamus hęc machinamẽta Barcl.

Pręmittamus primo est distinctio potestatum,& subordinatio potestatũ,& est disparatio, siue insubordinatio potestatũ : ita se habent hec vt distinctio sit communis,& subordinat s,& disparatis potestatibus, si enim potestates subordinatę non distinguerentur, essent vna, & eadẽ, non plures,& si eadẽ,& non plures,quomodo subordinarentur? Subordinatio enim est pluralitas propositorũ cum ordine superioritatis, & inferioritatis, & propterea d stinctio potestatum non opponitur subordination potestatum; sed subordinatio, & disparatio potestatum bene opponuntur inter se.

Primò dicit Barclaius potestatem polyticam, & Ecclesiasticam esse distinctas, hoc verum est,& probauimus nos præcit. tit. 1. cap. 10. huius: Huic verò Auctor subnectit, vel per ignorantiam, vel per perfidiã aliud falsum, nimirum vtriusq; d sparationem non subordinationẽ; Si distinctio potestatum est comunis subordinatis potestatibus? igitur ex suppposita distinctione potestatũ polyticę,& Ecclesiasticę, falsò concluditur disparatio potestatũ, & falsò excluditur prędictarum potestatum subordinatio? quam subordinationem demonstrauimus in prędictatis, & in hoc capite compendiosè demõstrabimus ratione,& iure Diuino.

Leges autem canonicas, & dicta Patrum, quæ aggregat Barclaius iacti sui fundamenti, asserunt distinctionem potestatis polyticæ, & Ecclesiasticæ, subordinationem autem temporalis sub Ecclesiast cæ, modo pręmisso,non negant,& ipse Barclaius applicat ea contra suum legitimum sensum ad negandam preallegatam subordinationem potestatis temporalis sub Ecclesiastica,vt infra singulariter constabit.

Præmittimus aliud, cuius ignorantia, vel fictione ignorantiæ, cum peruersitate voluntatis, Barclaius quasi vertiginosus Dęmone fumante in e us cerebro, huc, illucque confunditur, errat, illiditur, & spumante ore eructat venena suæ perfidiæ.

Potestas Pontificis ex sui natura, munere, fine, modo, formaquè procedendi est spiritualis cap. 23. Tit. 2. hu. subiecto etiam, & mobili principali, quod est anima intellectiua hominis, & spiritualis. Aliud verò subiectum eius, secundarium sanè, est corpus, & sensus cuiuscũque hominis, quibus famulantur temporalia insensata, & animantia, ideò benè dicitur temporale mobile. Istud ea ratione cadit sub regimine Pontificio, qua ratione ordinatur per animã ad æternam salutẽ pro

pro operibus, & meritis, & relaxatur pro demeritis, per animam, ad æternam damnationem: Ex hoc ergo subiecto mobili temporali potestas Pontificis denominatur temporalis, denominatione materiali, dirigendo, & corrigendo illud, non sanè pro temporali, & ad temporale, sed pro æterna salute, & ad æternam salutem per viam obseruātię Diuinę legis, per animā, totumq; coniunctū ca. 23. 13. 2. 3. tit. 2. hu.

Et quia homo per animam, & corpus, & sensus, vt dirigendus ad æternam salutem, est errabundus in medijs ad finem, & deuius a fine. Et Deus visibilia concludentia inuisibile, per inuisibilia gubernat, pro vt constat inuisibili, & visibili forma, & conditione homo gubernandus, quod probatur sequenti §. Neque enim Deus, & cap. 21. Tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio. Ideò Deus visibili homini dedit potestatem inuisibilem, & certè ad omnia pertinent a perfectam pro tali mobili, medijs, ducatu, & fine. Ioan. vlt. Iacob. 1. C. cum omne datum desursum sit optimū, & donum perfectum, maximè vbi agitur de summa rerum, qualis est salus æterna hominum; Propterea potestas à Deo data suo Vicario, pro dicto regimine, est directiua, & correctiua perfecta viatorū ad illum finem: Directiua per substantiam, & per se hominum, quo ad animas, & corpora ad ęternam salutē (& hoc est dictu directè) Correctiua verò per accidens, & ex suppositione erroris, defectus, peruersitatis hominū (& hoc est dictu indirectè) a medijs, & fine ęternę salutis, & animarū, & corporū) quę temporalia sunt, hominum. De quib⁹ fusè ca. 7. 8. 9. 12. tit. 1. hu. & ca. 1. 2. 3. 11. 13. 15. 18. 19. tit. 2. hu.

Et proindè tu Homo, tu Rex, tu Potestas Polytica per abusum tuę potestatis, & temporalium bonorum, delinquendo proterue contra legem Dei, contra Deum in pernitiem æternam tuam, & subditorum, te facis subiectum, & subiectam potestati correctiuę Papæ, non ex suo vel antecedente Dei proposito, qui sicuti non intendunt primò Dei offensam, tuam perditionem æternam, ita neque ex directo primo suo proposito te corrigere, te castigare prætendunt; sed tu excitas Dei, & sui Vicarij dexteram, accuis fulmina eorum per tua delicta, vt te corrigant, vt saluent, & te incorrigibilem, cęteris pernitiosum ad æternā ruinam, deiciant, spolient potestate, & adhuc peruicacem hostem interimat Deus corpore ex se pro salute animæ tuæ, & populorum, quibus deseruis in cap. 5. vsque ad 14. Exod. offendiculum perditionis æternæ 1. Reg. 15. per totum 4. Reg. 9. B. 7. & 10. 3. Reg. cap. fin. E. vsque ad F. 4. Reg. 1. C. 12. D. A. 13. vsq; ad 16. 1. Parap. 10. in fine. 2. Parap. cap. 13. D. 20. Act. 5. A. B. §. cap. 18. 29. 30. Tit. 2. hu. operis. Aliter Deus in humanis defecisset proportionato sufficienti remedio pro salute æterna potestatum, & subditorum; si potestati deuiæ à salute æterna, & abducenti populus à Deo, à lege ad inferos, non prouidisset in humanis potestate inuisibili in humano inuo-

lucro

lucro tecta pro correctione eorum, & pœna in incorrigibiles.

Nequè enim Deus per semetipsum quodcunque gubernat, regit, sed per interpositas causas proportionatas materiæ. Sic in Rubo ardenti, per Angelum locutus est Moysen Exod. 3. A. B. Act. 7. D. 31. E. 36. in Monte Synai, & per nebulam, & per clangorem tubarum, & per fumum, & per ignem, & per tonitrua, & fulgura, & per Angelum dedit legem per Moysen Populo Exod. 19. D 18. Act. 7. D. 38. Ita Cornelium per somnium, & per Angelum, & per B. Petrum illuminauit saluauit Act. 10. A. 4 11. C. 25. sic Danieli per Angelum, & per prophetam Abachuc de actum cibaria obtulit, & conclusit ora Leonũ Daniel vlt. E.G. cap. 6. F. & per Angelum discutientem flãmam ignis rorauit tribus viris in fornace ardente Daniel 3. G. 92. E. 49. & legatum Reginę Candacẽsis, per Philippum delatum ad eum, saluauit Act. 8. E. 19. & tandem gratiam suam inuisibilem per formas visibiles Sacramentorum instituit, & confert, ergo & per potestatem inuisibilem visibili creaturę collatam debuit regere, & corrigere populos, & Principes sęculi in his, quę ad Deũ pertinent ad salutem ęternam, & sic instituit Pontificẽ. Mat. 16. Ioan. vlt. in nu. 17. ad H. b. 5. A. 5. cap. 7. 8. 9. 12. tit. 1. hu. cap. 1. 2. 3. 11. 14. 15. 21. 16. 17. vsque ad 31. tit. 2. hu. Potestas ergo Pontificis primo in se est spiritualis, secũdo est tẽporalis in subiecto mobili, per denominationem materialem à subiecto mobili, & vtraquè diuiditur in directoriam, & correctoriam omnium, quę est quattenus dirigibilia sunt, per legitima media ad æternam salutem.

Correctiua iterum diuiditur in mere spiritualem, & est censura Ecclesiastica ca. 44. 45. tit. 2. hu. qua non iuuante, & vrgente periculo, vel facto violationis, religionis, & perditionis ęternę populorũ diuiditur, & transit ad priuationem, & depositionẽ potestatum, sic delinquentiũ incorrectarum, a dominio, qua non proficiente dilatatur in gladium temporalem ad necem corporum incorrigibilium, pro salute æternа animorum, & corporum potestatum, & populorum. & pro conseruanda religione, & tenendo honore visibili Diuinæ Maiestatis de quibus cap. 18. 29. 30. tit. 2. hu. en Samuel, translato regimine polytico de se in Saulem Regem, eius, potestas erat spiritualis; at vbi Rex Saul transgressus est Diuina mãdata in sacrificando, & in seruando Rege Amalec, ad quem occidẽdum habebat a Deo per Samuelem mãdatũ 1. Reg. 13. B. C. 14. cap. 15. A. C. D. tunc eius potestas spiritualis dilatata est (approbante Deo) in temporalem, pronuntiando primo contra Saulem Regem finem Regni ca. 13. C. 14. postea eius eiectionem de Regno à Deo cap. 15. E. F. & perdurante Rege Saule in transgressione præcepti Diuini, conseruando apud se Regem Amalec Regio cultu, cum habuisset mandatum a Deo de occidendo eum; tunc potestas spiritualis Samuelis dilatata est iustè, & sanctè in temporalem gladium, obtrun-

obtruncando Regem Amalec in faciem Regis Saul prius per Prophetam petitum præsente Saule Rege, vt coram se Propheta adduceretur in solemni conuentu Regni Exod. cap. 15. G. 32. cum sequentib. Summa enim rerum, bonum, publicum, maximum Christianæ religionis est Diuinus honor, timor, legis Dei obseruantia, salus æterna animorum, & corporum hominum, proindè cætera corrigantur pro horum manutentione, si incorrecta persistant, deponantur a dominio, si indurentur peruersitate, & pernitie æterna, interimantur, quia est nullius momenti ille interitus corporis, qui est ob salutem æternam, & Diuinum honorem vitam, & lucem hominum sup. ca. 29. 18. 30. 31. tit. 2. hu. Non legistis vnquam ordinem leuiticum vtique Ecclesiasticorum trucidasse millia hominum propter idolatriam eorum? Exod. 32. E. 27 F. 28. Matathiam Machabæum vtique sacerdotem trucidasse Ministrum Regis Antiochi vrgentem populum ad idolatriam? 1. Machab. 2. A. 1. B. 17. C. phineem vtique Sacerdotem iugulasse transgressorē Diuinæ legis? in num. 25. C. 7. & D. & Phinees erat Sacerdos filius Eleazaris, Nepos Aaron, in num. ead. C. D. sed parum est audisse factum, sed quod concludit est, quod factum eorum reportauit a Deo benedictionem. & gloriā etiam victorias, & triunphos temporales in num. 25. C. D. & 30. præcitatis, & cap. 18. tit. 2. hu. & propterea illud factum indicauit in illis Ecclesiasticis, & sacerdotibus iuridicam potestatem à Deo, illud, quod fecerunt, faciendi.

Quibus stabilitis ex eis deducuntur probata sequentia.

Aliquot ergo Canonum, & dictorum Patrum Sanctorum si affirmēt temporale non cadere sub potestate Papę, hoc intelligitur sub potestate Papę corrigente, vbi non est deffectus contumaciæ contra Dei legem, & consequentias, vt ex probatis ab opposito ex gestis Ecclesiasticorum approbatis a Deo contra Reges, & cæteros offensores Diuinorū mandatorum, & rationibus supra allegatis, sed tamen, etiam absq; delicto, cadit temporale, & spirituale sub potestate Papę dirigente ad æternū, non ad temporale finaliter, vt sup. probatū est quare Barclaius frustrà contēdit adducendo canones, & dicta Patrū, vndiq; ęquiuocat, cōfundit.

Pariter plurima dicta Patru intelliguntur, quod temporale potestatis polyticę non cadat sub potestate Pontificis vt terreni Principis, neque vt Papę per directionem temporalem ad temporalia, sed benè per directionem ab eo spiritualium, & temporalium, per media obseruantiæ Diuinæ legis, ad Deum. ad salutem ęternam, minus per correctionem, vbi temporale persistit intra suos fines, & non inuadit fines spiritualis obiecti æterni, si verò temporale offendat media viatores, & finem spiritualium, vel periculosum sit nocere eis, ea ratione temporale cadit sub potestate correctiua Apostolica, vt ex probatis, ex quibus ruunt machinæ Barclaij, eius errores deteguntur, peruersitates

obstin-

obtunduntur, breue lumen eius reuelatur, malitia fusior, incongruæ applicationes, distortæ consequetiæ soluuntur.

Ad can. duo sunt distinc. 96. qui est Gelasij Papæ ad Imperatorem Anastasium, demiror ignorantiam, vel malitiam Barclaij: quippè iste canon non concludit assertionem Barclaij de insubiectione potestatis polyticę sub Ecclesiastica,& de non competenti potestate Papę super temporalibus; nam dictus canon solum affirmat distinctionem potestatis Polyticę à potestate Papæ; at qui per solam distinctionem potestatum concluditur in sub ectio, insubalternatio vnius alteri? certè non, vt per primam allatam distinctionem supra hoc capite patet, nam, & insubalternatis potestatibus, est distinctio potestatum, & sic rum non esset distinctio, esset identitas, at identici sibi identico non est subalternatio, vt differentia distinguitur a genere, ergo per talem distinctionem differentia non subalternatur generi? Terra distinguitur a Cœlo, ergo per talem distinctionem Terra non subalternatur Cœlo? Luna distinguitur a Sole, ergo Luna in lumine non subalternatur Soli? corpus distinguitur ab anima, ergo corpus non subalternatur animæ? nequaquam, sic ergo ex distinctione potestatis polyticæ, & Pontificiæ non negatur ex hoc subalternatio potestatis polyticę Pontificię potestati, & sanè B. Paulus ad Rom. 13. A. distinctionem potestatum, & cum distinctione potestatū subalternationē eorum statuit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit illa clausula, sublimiorib⁹, est clausula maioris,& minor. potestatis, attamē vnā sub altera coniungit.

Immo dictus canon duo sunt distinc. 96. expresè contra assertionē Barclaij concludit, concludendo,& prius adducendo potestatem Pontificiam super Imperiali, & subordinando Imperialem sub Pontificia, & referēdo casum quo punitus fuit Imperator Arcadius ictu excommunicationis ob Innocentio primo, quia consenserit electioni in Exilium S. Ioannis Grisosthomi, quæ electio erat actus præsentis dominij polyticæ potestatis super Pontificia, & propterea cum Innocentius feriet it talem actum, & damnauerit consentientes, qui poterant, & debebant impedire, ab opposito damnato demonstrat Pontificiam potestatem præesse temporali, etiam Imperiali, non autem temporalem præesse Pontificiæ, neque parem ei esse, quod supra, & infra, & iure Diuino, & Sacris sanctionibus abundantius probabitur. Verba prædicti canonis sunt. Nosti igitur (scribit Gelasius Papa Anastasio Imperatori) inter hæc ex illorum te pendere inditio, non illos ad tuam posse redigi potestatem. quid clarius contra assertionem Barclaij ex eodem textu ab eodem adducto? Indè Gelasius ab exemplo probat dictam suam sententiam de subalternatione Imperialis potestatis sub Pontificia, & de præsidentia Pontificiæ super Imperiali, nam (dicit ille) si speciale aliquid de personis Principum requiritur exemplum.

Beatus

Beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem, quia consensit vt S. Ioannes Grisosthomus a sua sede pelleretur, excomunicauit. Quam præeminentiam directoriam, & correctoriam ad Spirituale potestatis Pontificiæ super Imperiali, prioribus verbis etiam probauit idem Pōtifex, cum se adstrictum censeat in Diuino Iuditio reddendi rationem pro regimine temporali Principum: numquid enim quis tenetur Deo reddere rationem de factis alterius, si ille sibi iure non subiacet, & si ipse non habeat à Deo ius, & debitum regendi, corrigendi illum? nequaquam.

Ad alterum Canon. cum ad verum (in ordine 6.) distinc. 96. qui est Nicolai Papæ, respondendo dicimus, distinctionem potestatis Imperialis, & Pontificię affirmare: & vsurpationem iurium hinc indè damnare, non autem legitimam subalternationem Imperialis culminis sub potestate Pontificia per directionem, & correctionem ab erroribus ad Diuinam legem obseruandam, & ad salutem æternam, refellere, vt ex probatis supra paulò antè: differt enim multū vsurpatio iuriū vnius ab altero, & legitima subordinatio vnius sub altero ad salutem æternam, vt ex secunda, & sequenti distinctione vltima supra allata constat. Paulus citato cap. 13. ad. Rom. A. postquam enuntiauit subordinationem potestatum, secundùm superiorem, & inferiorem. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, subiunxit, quę à Deo sunt, ordinata sunt. Pontifex est in his, & super his quæ ad Deum, ad salutem ęternam sunt, & supra & cap. 7. 8. 9. 12. tit. 1. cap. 1. 2. 3. 13. tit. 2. hu. pariter, & Imperator, & Regimen eius resolutoriè propter Deum est, & ad salutem æternam animæ, & corporum, igitur subordinatur sub potestate Pontificia ad illum finem supremum, & quo ad animam, & quò ad corpus. Quod verò primæ sententiæ illius capitis 13. ad Rom. A. procedant absolutè, & generatim de quacumque potestate à Deo, & Ecclesiastica, & polytica, & obedientia subditorum respectiuè illis, licet posterioribus sententijs Paulus discedat tanquam de genere ad species, ad temporales, docuimus cap. 17. tit. 5. hu. operis 5. de Sacerdotio, & Imperio.

Sed etiam eidem textui cum ad verum distinc. 96. patet responsum ex vltimis distinctionibus supra allatis, & probatis ibi ex Sacris litteris hoc cap. 2. scilicet temporale non subijci potestati Pōtificię corrigenti, vbi non adest delictum, vel periculum delicti potestatis Polyticæ contra Diuinam legem in perniciem sui, & populorum æternam, & hoc casu loquitur Textus citatus de non vsurpando iure Imperialis potestatis a Pontificia, sed Barclaius de hac limitatione negatiua errando transit ad vniuersalitatem negandi subiectionem Imperialis potestatis sub Pontifitia in temporalibus, etiam vbi temporale offendat spirituale, quod non probat, & nos supra probauimus contra

D Barcla-

Barclauium ex gestis sacrorum à Deo approbatis quod temporale etiam Regum subiaceat potestati Ecclesiasticæ, vbi offendat spirituale, Dei scil'cet legem, & mandata, præter alias probationes. Efficacitèr autem, & à priori interpretatur canonicus textus ex allegatione iurium, & gestorum diuinorum, quæ hic non opportet repetere.

Paritèr potestas directiua Pontificis non cadit super temporale ad finem temporalem, sed hoc relinquit suis potestatibus polyticis (nisi spirituale offendat) & hoc est quod dicit textus cum ad verum dist. 96. & hoc probat Barclaius, quod gratis concedimus. Cadit tamen potestas directiua Pontificia super temporalibus, scilicet potestatibus polyticis populis, & regimine per directionem ad æternum, neque hoc negat dictus canon, nequè Barclaius hoc impugnat aliqua ratione, sed solum impugnat contra oppositum primo sensui, quod oppositum nequè à nobis astruitur, cum astruatur primum propositum, scilicet quod Pontifex non dirigat temporale ad finem temporalem, sed hoc relinquat suis potestatibus, dummodo contineantur intra suos fines, & non inuadant fines spirituales, quam distinctionem, præter adductas probationes supra approbat idem canon, cum ad verum dist 96. adductus à Barclaio illis verbis. *Vt Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigeant*, ad quam salutem æternam etiam temporale per Diuinam miserationem est eleuatum, ordinatumquè, vt ex probatis, & supra cap. 13. tit. 2. hu. quod verò ibi textus subiungat, & Pontifices temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur, non ponit Pontificem sub Imperio, vel legibus Imperialibus, vel ab eis dependentem in temporalibus rebus, sed asserit vsum legum Imperialium a Pontificibus, & tamquam scriptarum ante canones illis antiquioribus temporibus, & veluti sibi obsequentium cap. 28. super specula de priuil. cap. Ecclesiæ de constit. cap. solitæ de maiorit. & obe. *Vt spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus*, dicit idem can. cum ad verum dist. 96. sicuti, & Princeps vtitur equo, lectica, obsequio filiorum, & procerum, subiectione propulorum, non tamen illis subijcitur, nequè ab illis depēdet.

Comprobantur mirificè ex eodem canone adducto ab aduersario. Iura Imperatoris certè sunt dirigere populos per terminos, & regulā iustitię ad tranquillitatem terrenam Exod. 18. D. C. in num. 11. C. D. Deut. cap. 1. C. 9. cap. 16. D. 18. Sap. 6. D. 22. A. 5. ad Rom. 13. A. 4. B. 5. & hinc Diuina miseratione ad Deum, sed in his quæ, & quantum sunt ad Deum Pontifex est propria visibilis potestas instituta à Deo, vt ex probatis, & præcitatis hoc cap. 2. Igitur dum Ponti ex dirigit Imperatorem, & temporalia eius, non quidem ad temporalem finem, sed ad illum æternum, iura propria sibi concredita à Deo exercet, non autem occupat iura aliena, vel Imperatoris, vel alter'us, &

corri

corrigendo temporale offensiuum spiritualium, & aberrans ab æterno, purgat, eleuat, reformat, viuificat iura Imperij, & cæterorum ab incapacibus, ab infensis, à periculosis, à monstris deuijs ab illo æterno bono, non autem vsurpat, arripit, lædit, interficit, demittit in deterius, in ignobile ducit iura imperij, & cæterorum temporalium. Suprema enim vita, & nobilitas, & stabilitas regni, & Dominij est ab illo æterno, & ab assimilatione, & conformitate ad illud, non a recessu ab illo, & accessu, & implicatione in his mortalibus, maximè peccatis. Sap. 6 A.

Quæ responsa, quas distinctiones nostrum approbat can. 11. si Imperator ead. dist. 96. citata à Barclaio, & est Ioannis Papæ, dum ibi Pontifex Imperatorem Catholicum Filium Ecclesiæ, non præsulem vocat, & quod ei conueniat discere nō docere, quę ad religionē pertinent, & non ingratus contra Diuinā dispositionem Cęlestis ordinis nil vsurpet, & quod sibi non vendicet alienum ius, & ministeriū, quod alteri deputatum est, nec contra eum contendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt, & pugnare videatur à quo propriam consecutus est potestatem, &c. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis præsulibus, non præferre. Est autem dispositio Cęlestis ordinis, est constitutum à quo omnia constituta sunt, vt temporale pro operibus, & merito ordinetur ad ęternam vitā, vt temporale non offendat spirituale, idest contra æternam salutem, at Pontifex est in his, & super his, quæ, & qualiter ordinata sunt ad legem, Deum, vitam æternam animorum, & corporum hominum, vt ex probatis hic supra. Igitur temporale per directionem, & correctionem ad spirituale æternum subordinatur potestati Pontificiæ, igitur ex isto can. Si Imperator dist. 96. interpretatur can. cum ad verū ead. dist. 96. quod temporale non subest potestati Pontificiæ directoriæ ad finem temporalem, neque potestati eius correctoriæ, prout temporale, neque offendit spirituale, neque ab eo aberrat, sed intra fines suos sine offensa creatoris dispatiatur, & continetur; Igitur ab opposito oppositum, scilicet temporale subycitur potestati Pontificiæ directoriè ad æternum, & correctoriè ad illud, si ab illo æterno deuiat.

Quæ comprobat præcipuè cap. ad Apostolicæ de Sent. & re Iud. in 6. Vbi Innocentius 4. præsente, approbante, acclamante Concilio Lugdunensi sententialiter priuauit Imperio, & omni dominio, & dignitate Fridericum Imperatorem pro suis excessibus contra legem Dei, scilicet deierationis, sacrilegij, de hæresi quoquè euidentibus argumentis suspectum, & de alijs credendum est autem, & standum, Diuino mandato, sententiæ Pontificis, & Concilij etiam in re positiua, Deut. 17. B. 8. C. 12. primum, quia in medio eorum legitimè congregatorum est Deus Saluator adstans, exaudiens, approbans, & damnās

non eis obedientes Math. 18. C. 17. vsquè ad num. 20. & cap. 16. C. 19. Quod si Deus humanatus concredidit eis suam auctoritatem, non Imperatoribus, non alijs, & se obligauit Verbo confirmaturum de Cœlo eorum acta, & in medio eorum adesse, & tibi, & vobis mandauit obedientiam, non censuram, non auctoritatem super eis. Igitur eorum sententiæ etiam de re morali, maxime ob spirituale tenendæ sunt, vt validæ contra vos, & vestrum est damnata à Deo improbitas si præsumatis inobedire, & acclamare de nullitate earum, & præcit. Deut. 17. B. C. ad Rom. 13. A. 2. Math. 18. C. 17. si Ecclesiam non audierit. sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus, nequè subditus respectiuè debet, aut potest iure iudicare acta suæ supremæ potestatis iniusta, vel nulla, sed debet existimare valida, quia est subditus respectiuè, & subditi est iudicari à potestate, non autem iudicare potestatem supremam, alias subuerteretur ordo Diuini mandati præcitati, quia subditus de subdito euaderet liber, & Prelatus contra potestatem, & potestas euaderet subdita respectiuè subdito, & ad ludibrium duceretur illa, & Diuinum mandatum sub prætextu iud'tij, & dictionis Rei de nullitate sentētię potestatis, nam super Deus dicit nullitatem sententiæ contra se latæ, & numquam confitetur, vel raro validitatem sententiæ semet ferientis, aliter si vestræ inobedientiæ, & acclamationes de nullitate sententiarum eorum essent veræ, & sententiæ illorum inualidæ, & vobis non illis esset credendum, & parendum, redargueretur Deus de ignorantia futurorum, de improbitate, de imprudentia, quod dedisset illis, non vobis acclamatoribus, censoribus illam potestatem excelsam, & se concredidisset illis, non vobis, & se obstrinxisset verbo confirmandi de Cœlo eorum sententias, non vestras reclamationes, & censuras, stare in medio eorum, non vestrū iudicantium, damnantium de nullitate sententias Pontificum, & Conciliorum legitimorum. O quam gloriosus Barclaij cùm consortibus tuæ classis apparuisti in his tuis reclamationibus, & censuris super sententijs Romanorum Pontificum, & Conciliorum? Tibi & vobis consortibus debentur claues Regni Cœlorum, non Petro, & successoribus? firmitas Petræ constructæ Ecclesiæ Dei, Diuinus splendor Diuinæ conuersationis in vobis, non in illis? Eia Angelorum exercitus altissimi huic Barclaio, & Socijs, non Petro, nō Collegio Apostolorum, & successoribus, attollite portas æternales, & introibunt gloriosi? in lateribus aquilonis præparate thronos his excelsioribus super Petro, Collegio Apostolorum, & successoribus? non vidistis, non intellexistis de Cœlo horum sapientiam, potestatem, & gloriam iudicandi, approbandi, refellendi acta Petri, Collegij Apostolorum, & successorum eorum? Audite Cœli quæ loquor, audiat Terra verba oris mei? huc huc peruenerunt blasphemiæ Barclaij, & sociorum iudicantium; accla-

acclamantium asseueranter inualidas, iniquas, iniustas sententias morales Romanorum Pontificum, & Conciliorum latas contra Imperatores, aliosquè Dominos temporales ob eorum excessus contra Dei legem ad pernitiem æternam.

His peractis transeamus ad duo capitula allata à Barclaio 5. cap. nouit de iudit. & cap. per uenerabilem qui filij sint legitimi.

Et per eadem superiora responsa dicatur ad cap. 13. nouit de iuditijs, quod Pontifex non vsurpat, nequè perturbat, aut minuit Iuris dictionem Regis (vt ibi dicitur) francorum, vel alterius Principis, dùm solùm dirigit, vel corrigit iurisdictionem eorum, eosquè ad obseruantiam Diuinæ legis, ad Deum timendum, ad salutem æternam eorum. Numquid enim ius Regis, vel populorum est independere à Deo, & lege eius? legem Dei transgredi, Deum contemnere, perdere in Gehennam animam propriam, & populorum? nulla ratione. Igitur dum Pontifex dirigit, & corrigit hęc temporalia ad dictum finem spiritualem; Iurisdictionum Regum, cæterarumquè potestatum, nec inuadit, nec vsurpat, nec perturbat, nec minuit, sed altiori dignitate, & soliditate, & dominatione, vita, perennitate sperata consolidat, relicto potestatibus polyticis regimine populorum per terrena bona ad terrenā tranquillitatē, dùmodo prędicta spirtualia non offendant, & salua eorū subordinatione ad prędicta spiritualia ęterna sub pontificia potestate.

Ad cap. 13. per uenerabilem. Qui filij sint legitimi. Sanè Barclaius applicationem istius textus ducit ex §. insuper vbi hæc verba habentur, insuper cum Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat. Iam supra est responsum, Regem non habere in humanis superiorem potestatem in temporalibus respectiuè per terrena bona ad tranquillitatem terrenam, vbi non offendat spirituale æternum, nec viatores, vias, & ducem ad illud, sed si offendat ea per temporalia, habere in temporalibus superiorem sibi Pontificem per directionem, & correctionem ad illud æternum, vt patet ex sacris oraculis, gestis, & sacris Canonibus supra hoc capite adductis, quæ non oportet hic repetere, quò verò ad directionem, etiam absquè delicto, subiacet potestati pontificiæ, non quidem per terrena bona ad terrenam tranquillitatem, sed per obseruantiam mandatorum Diuinorum ad super cælestem fœlicitatem sempiternam. Barclaius autem impugnat subiectionem Regum sub potestate pontificia corrigente, vbi non est delictum contra æternum, quod & nos approbauimus, & probare contendit eorum insubiectionem sub potestate Papę dirigente per terrena bona ad terrenam trāquillitatem, quam insubiectionem etiam nos relinquimus, sed non probat Barclaius insubiectionem eorum potestati Papę dirigente eos, & eorum temporalia ad æternum, nequè insubiectionem eorum potestati eius corrigenti eos, & ea, ex causâ offensionis temporalium

ralium in spirituale æternum, quare Barclaius aerem verberat, & comica spectacula excitat à se conficta.

Nequè hoc est Pontificem iura Regum temporalia aut vsurpare, aut lędere, aut minuere, sed ius Diuinum, debitumq; iuę Diuinę potestatis exercere, & consulere Regibus, ne per temporalia ab eis iniquè via perdant æterna, & ita est eorum iurisdictionem, & potestatem augere, confirmare, meliorare, viuificare, stabilire spe, & directione, & correctione consecutionis sempiternæ excellentiæ, & vitæ.

Et sanè non possum non demirari perfidiam Barclaij in allegatione prædicti cap. peruenerabilem, nam si benè legatur, vbi Pontifex citat in illo capite cap. 18. B.8. Verbo si difficile deut. apertissimè iure Diuino competit Pontifici Euangelico fortiùs, quàm veteris Testamenti potestas in temporalibus iuditij, & sententiæ, & pœnæ inter sanguinem, & sanguinem (per quod criminale, & ciuile intelligitur) leprā, & lepram (per quod criminale Ecclesiasticum notatur) inter causam, & causam (quod ad vtrumquè refertur) vt ibi dicit Pontifex.

Neque hoc potest diuerti ad statum temporalem Papæ cum illud cap. 17. Deut. sit fundamentum dicti capituli peruenerabilem, quo tēpore dicti cap. 17. Deut. Pontifex non habebat statum temporalem, & à leuitico ordine ad ordinem Sacerdotalem Euangelicum fiat transitus confraternitatis, vt dicit ibi caput peruenerabilem. §. sunt autem, & vmbrarum ad lucem, & terminum ad Hæbr. 11. C. 13. idest ad Corint. 10. C. 11. cap. 9. B. cap. translato de const. in decretalibus.

Pręterquā vtrumq; cap. pręcitatum. s. cap. 17. Deut. B. C. & cap. peruenerabilē qui filij sint legit. Loquitur de Pontifice, vt Pontifice, non de eo, vt Principe tēporali, qua ratione sunt etiā Principes Laici.

Et eod. cap. peruenerabilem Pontifex demonstrat se habere potestatem in temporalibus per attingentiam eorum cum spiritualibus, dū extra terras sui Principatus, illegitimos legitimat eod. §. quod autem & seruum ordinatum; per ordinationem liberat à seruitute eod. §. præterea, & Episcopus ordinatus liberatur a patria potestate, eod. §. persimile, & tandem eod. cap. peruenerabilem concludit; Vndè cum in spiritualibus dispensetur, consequētèr intelligitur de temporalibus dispensatum, & amplius cum in eodem cap. Pontifex dicat, Regem francorum per Remensem Archiepiscopum, vti Apostolicæ Sedis legatum, per sententiam a Regina separatum, ipsumquè Regem testes induxisse coram legato Apostolicæ Sedis ad probandum impedimentum affinitatis, satis demonstrat potestatem Pontificis in temporalibus aliorum Regum, pro vt temporale attingit spirituale, sicuti, & matrimonium, & impedimentum affinitatis, & separatio, temporalia sunt attingentia spirituale.

Ad allegationes autem dictorum Patrum à Barclaio respondeatur per

per eadem responsa, ad allegationes autem Hæreticorum, vel Scismaticorum nullum detur responsum, quia non sunt vllius auctoritatis, sed damnatæ memoriæ.

Ad rationem Barclaij in fine capitis adductam scilicet vnum non esse subordinatū alteri, nisi munera subordinati sint in subordinãte, qualia munera potestatum polyticarum, & temporalium non sunt in Pontifice, vt Pontifice, ideo per temporalia ista ei non subordinari.

Immò, qua ratione temporalia subordinantur ei, non sanè, qua ratione non subordinantur ei, eorū munera sunt in Pontifice, actiuè tamē & per eminentiam, sicuti in illis sunt passiuè, & inferiori conditione subordinantur Pontifici temporalia, vt dirigibilia, corrigibilia per hos anfractus morales ad spirituale ęternū, non vbi ordinantur ad temporale mortale, & vbi per hęc non deuiant ab ęterno; Ideoq; in Pontifice actiuè, & per eminentiã est potestas Diuina directoria, & correctoria eorū, non quidē per hęc terrena bona ad pręcisã tranquillitatē terrenã, sed per viã mandatorū Dei, & eorū, quibus Saluator concredidit sui Vicariã potestatē ad supercęleste Regnū sēpiterno ęuo cōsequēdū.

Iste Barclaius fine veste nuptiali intrauit ad regium conuiuiū operum creatoris, Philosophicarum cognitionum, & eiectus est veluti impingens, errans, informis. Subordinata igitur alia sunt eiusdem rationis cum subordinante, vt lux Lunę cum luce Solis, alia diuersę rationis, vt Terra Cœlo, De primo ordine munera subordinatorum sunt in subordinante, eadem naturali mensura, correspondentia, sed inæqualitate graduum. De secundò ordine subordinata sunt in subordinante per eminentiam, per excessum, vel per communitatem, sic munera terræ subordinatæ Cœlo sunt in Cœlo, munera differentiarum in genere, plumbi, stanni, ferri in auro, vitri in gemmis, corporis in anima sensitiuæ in intellectiua, belluarum subordinatarum à Deo Adæ in Adam, Angelorum in Archangelis, Dominationum in Thronis, Subditorum in Regibus, Creaturarum in Deo, Mortalium in Immortalibus, Temporalium in Aeternis, Polyticorum in Pontifice ad minus.



Capite

Capite III.

Barclaius aggreditur impugnationem Theologorum, ac Canoniſtarum, qua demiſſa tranſit ad pratenſam probationem, quod Apoſtoli, & Pontifices fuerint ſubiecti Iure Principibus Etnicis, hinc & Principibus Chriſtianis, in fine verò reuertitur ad propoſitum cap. 2.

IN iſto capite 3. Barclaius adeò furore inualeſcit, vt non contentus attentare impugnationem Theologorum,& Canoniſtarum in materia poteſtatis Pontificiæ ſuper poteſtatibus polyticis in temporalibus, quòd immemor fundamenti per eum poſiti ſui libelli in 2. cap. de independentia reciproca poteſtatis polyticę,& Eccleſiaſticę,hoc cap. 3. ponat,& contendat probare dependentiam,& ſubiectionē poteſtatum Eccleſiaſticarum ſub poteſtatibus temporalibus etiā infidelibus, & Hęreticis,& hoc facinus,ait ille,iure naturæ, & iure Diuino.

Exorditur ergo Barclaius, & primo dicit eſſe rem incertam, & dubiam in ſola opinione hominum vertentem talem aſſertionem poteſtatis pontificiæ ſuper poteſtatibus polyticis in temporalibus huius quaſi probationem adducit, quia Theologi,& Canoniſtæ ex toto controuertunt de directè, & indirectè cadentiæ talis poteſtatis pontificiæ ſuper eis Barclaius iſte ſatis ſe demonſtrat verboſitate vberè,veritate, & ſcientia, vel cęcum prorſus, vel obnubilati luminis, cum modū accidentalē controuerſū applicationis dictę poteſtatis Pōtificię ſuper tēporalibus accipiat,errando,& ęquiuocando pro ſubſtātiali ſentētia patrū

Clauſula directè, vel indirectè, Barclaij, eſt accidens, eſt modus accidentalis ſententiæ Canoniſtarum, & Theologorum, non ſententia, vel diſcrimen ſententiæ abſolutè eorum.

Sententia ſubſtantialis communis Theologorum, & Canoniſtarum in qua omnes concordant eſt illa allata a nobis 2. cap. hic ſcilicet, quod Pontifex habeat in temporalibus poteſtatem per directionem eorum non quidem ad terrenam tranquillitatem per tęrrena media, ſed ad æternam ſalutem per viam mandatorum diuinorum; per correctionem verò, occaſione declinationis, vel inuaſionis per temporalia ab æterno, vel contra illud.

Quamuis enim plures aſſerant etiam temporalem ad temporalia habere Pontificem poteſtatem ad omnia regna, vti Vicarium illius hominis Dei, cui intuitu ſuppoſitionis Diuinę, vt homini omnia regna

Mundi

Mundi debentur iure Diuino, quàm maximo, quia per illam vnionem illi, & non alteri creaturæ concessam. Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ ps. 2. & alibi, &c. à quo grādi eius hęreditario dominio omnium Regnorum Saluator non excepit in collatione suę Vicarię potestatis B. Petro, & successoribus eius Math. 16. Ioan. vlt. attamen isti non negant, sed abbundantius affirmant allegatā potestatem Pontificis super temporalibus per directionem omnium, & correctionem deuiam ad æternam dominationem, vitamquè super cœlestem in Cœlis, quam potestatem sic expressam nos probauimus cap. 2. hu. & probabimus sequentibus, & probauimus cap. 6. vsquè ad 17. tit. 1. & cap. 11. vsquè ad 32. tit. 2. operis nostri de Sacerdotio, & Imperio: cuius hoc responsum est vnum caput.

Clausula autem directè, vel indirectè est modus applicationis potestatis subiecto, & allegatę sententię communis, non substantia, aut dictæ potestatis, aut sententiæ Theologorum, & Canonistarum circa dictam potestatē, quare Barclai es lippis oculis intellectus in his rebus, recede, & perge ad supplices libellos de aquæductu, stillicidijs, vijs, alluuionibus Bertæ, & similium, tuum est, recede à Theologis.

Sed amplius ex hac ratione supra adducta Barclaio totum oppositū suo proposito concluditur, quod non sit in dubio, & opinione hominū sed certa, & communis sententia Theologorum, & Canonistarum allegata potestas Pontificis in temporalibus modo, & forma paulò ante expressa à nobis etiam ex hoc à te allato, quod illi doctores controuertant de modo directè, & indirectè, quos modos explicuimus in prioribus, distinctionibus cap. 2. hu. nam aliud est modus rei, aliud absolutum rei, hoc est certum apud sapientes, quod disputatio de modo, & modis supponit affirmatum simpliciter, & absolutum, & dispu tatio de differentijs supponit affirmatum commune tuum, & vicissitudo modorum, & accidentium extrà proprietates naturarum non negat naturā, sed supponit pro subiecto suo. Eccè disputant de modo lapsus Angelorum de Cœlo, supponunt lapsum, & non disputant, nec vertunt in dubium lapsum, dubitant de modo intensionis, & fluxus, & refluxus Maris, attamen non dubitant de intensione, & de fluxu, & refluxu maris, quo ad an sit dubitant de modo, quo Sanson occlusis portis Domasci, fractis vectibus eas deportauerit, & fixerit in Monte, mille viros Philistæos obtriuerit, Leonē discerpserit, amiserit vim; attamen non dubitant de facto, sed credunt Catholici factum ennarratum in Sacris litteris. Quærunt quo pacto domus Ottomanorum peruenerit ad Regnum, Austriaca ad Imperium ad occasum, ad Indos, ester ad Regnum, Iudith fuderit Castra Holofernis. Caim occiderit Fratrem, Principes Italicenses inuaserint statum Romanæ Ecclesiæ sub Vrba-

no 8. dubitant inquam de modo, sed factum secutum tenent.

Cum ergo Doctores disputant de clausula directè, & indirectè applicationis potestatis Pontificiæ super Principibus in temporalibus per directionem, & correctionem eorum ad æternam salutem, non dubitant, sed vno consensu tenent veram indubitatam sententiam de allegata potestate Pontificis in temporalibus; Quare Barclaius ex non probantibus pro probantibus, nouo methodo logicali, extorquet turbidas conclusiones aere resolutas.

Argumēt. 1. Barclaij. Primo ergo illis peractis arguit Barclaius nollens intelligere veritatem, vt benè ageret; Principes Ethnicos conditione deteriorari dum recipiuntur ad Catholicam religionem, quia de liberis euadunt subiecti Papæ, & magis aggrauari, quam grauentur priuati homines, qui remanent liberi sub Pontifice in suis priuatis rebus.

Vel Papā modo habere maiorem potestatē, quam habuerit B. Petrus super Christi fidelibus, cōtrā quos non exercuit potestatē in tēpor.

Solutio. Non intellexisti Catholicam assertionem sępius à nobis vti communem allatam, & expressam.

Non asseritur Pontificem ita præesse potestate Principibus, & eorum statibus, quasi occupator, administrator eorum, eos suæ seruituti submittens; sed asseritur super illis habere potestatē directoriā ad æternum, & correctoriā ad illud acquirendū, si deuiant ab illo, hoc autē est ampliare regnum eorum ad Cœleste Regnum, & mortalitatē Regni, & vitę cautione, & dilectione contutare spe, & operē sempiternitatē Regnorum in Cœlis, eosq; pręcipites ad æternam perditionem vitæ, libertatis, fœlicitatis, & dominationis sub ęternis flammis, & tyrānide incredibili sęua Dęmoniorum, reuocare, vt viuant, & liberius, & fęlicius viuant, & regnent in Mundo, & de Mundo transferantur ad indeficient a Regna Cœlorū. Vide ergo maligne quod Reges Ethnici non deteriorantur, sed meliorātur libertate, Dominio, Regno, dum subiunt sub potestate Pontificis, quam ante essent, vel illi, vel alij sunt fine ea.

Quod est deterius, & durius hominem furentem præcipitem in Abyssum, in Flumen, in Ignem, in globos, explosos à bombardis relinqui suæ libertati furenti, an retineri, & ligari ne pereat?

Patrem relinquere Filiū febricitātem ad noxia, & lethalia, an cohibere à malo, vt reualescat. Si habes ratiōnē, dices, deteriorē esse libertatē furentis ad pręcipitium, filij ad lethalia cibaria, esse verò meliorē obedientiam eius, & potestatem eos ligantem reducentem, ne pereat.

Sic Ethnici Principes sua libertate sunt præcipites ad ęternam mortem, Catholici sæpè febricitant bonis temporalibus per abusum, & dilabuntur ad æternam mortem relicti suis furoribus, concupiscentijs effrenatis, suæ peruersæ damnosæ libertatis, propterea per correctionem eorum à Pontifice, & retentionem à malo, & castigationem ne in æter-

æternum pereant,& liberationem à seruitia Dæmoniorum, meliorantur, non deteriorantur, augentur, non restringuntur vera salutari viuaci libertate,& Regno,& potestate. Ideo Barclaius, aut somniat, aut delirat, dum seruitutem eorum sub Dæmonibus, libertatem ad interitum, æternam perditionem vitæ,& Regnorum, vel periculum amitendi ea, reputat libertatem, nobilitatem, regnum supereminentem conditionem; æternam verò salutem animæ,& corporis, Cœlestia Regna ad quæ vocamur,& ducimur, custodiam, promotionem, auxilium, defensionem per Dei Vicarium ad æternã vitam, ad perfruendum Deo, ad conregnandum cum eo in immensitate Cœlorum, Regno, & Fœlicitate super excedente omnem nostri animi, & intellectus ambitum, aut non cognouit, aut non credit, aut pro seruitute,& deteriori,& mœsta execranda conditione ducit, & non erubescit scribere posteris, vt omnes intelligãt viuentis alias blasphemiam, cæcitatem, peruersitatẽ, Apostasiam, Atheismum,& post mortem æternam sui mortem cum suis Ethnicis Principibus damnatis ad Inferos sub iugo flammarum infernalium,& damnatorum spirituum longe ab Apostolis, quos in sequentibus huius capitis tantùm demittit, & conculcat, vt sub puluere pedum damnatorum ad inferos Principum vix ponat.

56 Illud autem non pretermittamus, quod Pontifex & si priuatum non puniat bonis temporalibus priuando ob offensionem eius in Dei legẽ, priuat tamen potestatem polyticam dominio, si eo contra Deum abutatur ad perniciem æternam, differentia est, quia dominium est publicum,& communicatur populis, ideò si iniqum est contra Deum ad perniciem æternam, est lethale, vel periculosum populis, ideò remouetur, ne sua prauitate communicata perdat subditos; at priuata bona priuato per abusum nocent, non publico: Sanè Medicus vulneratum membrum vt cumq; non abscindit, sed membrum putre contagiosum corpori benè secat à corpore, ne sua contagione totum corpus interimat, sic antiquitus non quicumquè infirmi eiiciebantur è castris, excludebãtur à consortio cæterorum, sed solum leprosi, & immundi, seu t. ca. 13. cap. 15. quia sua fæditate cæteros commaculare poterant, sic Rex, vel alter potestate insignitus, quia dominio quod communicatur subiectis, eos inficere potest iniquitate dominantis, hinc priuatur dominio, pro salute populorum æterna, custodia,& tutamento, & est frequens exẽplum in Sacris litteris, quod Deus ob scelera priuauit potestate,& Regno Reges, & extirpauit eorum domum, sicuti Saulem, Filium Salomonis Roboam, Ieroboam, Achab, Sedeciam, Nabuchodonosor, Balthassar Filium eius, vt fuse ostendimus cap. 3. addito ante cap. 29. tit. 2. hu. & propterea Pontifex cum sit interpres, & Nuncius Sacrorum gestorum, potest,& debet denunciare hos similes esse à Deo priuatos potestate, & Regno ob scelera, & amplius vi Vicariæ suæ Dei potesta-

tis supremæ eos sententialiter deponere vt fusè probauimus dicto capite, & cap. 29. tit. 2. hu.

Quò verò ad id, quod tangit Barclaius, quod B. Petrus non exercuerit talem potestatem.

Primo dicitur, si non exercuit, fuit, non defectu potestatis, sed prudentia potestatis, quia eos fecit Deus prudentes, sicuti serpentes, ideo indispositione illorum temporum; & hominum iudicauit B. Petrus nō exercere talem potestatem quam a Deo habebat, scribente Apostolo Paulo 1. ad Corint. 9. B. 12. sed non vsi sumus hac potestate, ne offendiculum daremus Euangelio Christi, & 2. Thessa. 3. C. die, ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus, non quasi non haberemus potestatem; quod ostendimus amplius cap. 27. tit. 2. hu. & Apostolo tonante super vniuersis temporalibus, & sæcularibus à maiori ad minus. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia 1. ad Corint. 6. A. distingue modo secularia, vel ab Ecclesiasticis, vel ab æternis, & spiritualibus; vtroquè pacto comprehenduntur potestates polyticæ, nam istæ distinguuntur ab æternis, à Cœlestibus, à spiritualibus, & etiam ab Ecclesiasticis.

Sed dico amplius B. Petrum adhuc viuentem exercuisse potestatem in temporalibus, dum Azariam, & Saphiram citatos examinatos de vendito agro, de quota pretij, quę sunt temporalia, inuentos reos per temporalia prædictā mendatij contra Spiritum Sanctum, verbo, vita mortali exanimauit, Act. 5. A. B. quod cum fecerit non gladio, milite, & hasta, sed verbo Diuinæ potestatis, eadem ratione idem potuisset exercere contra quoscumquè Reges, & Mundi Monarcas, si sua Diuina prudentia existimasset illi temporum, & subiectorum acerbitati vtile quod fusius ostendimus cap. 18. 29. 30. tit. 2. hu. & cap. 2. hu. responsi, & sequentibus demonstrabimus.

Et amplius dico Pontificem ne dum potestates, sed etiam priuatos ob offensam religionis iure posse priuare, & tancità lege bonis temporalibus, vt fuse agit lex Canonica tit. de Hęreticis, & sanè dum potest priuare capita, potest priuare, & pedes capitis, & seruos.

Argumentū 2. Barclaij. Vt inferat Barclaius Pontificem non habere potestatem super potestatibus secularibus ex allegatis causis trāsit ad nefandum excessum contradictorium 2. cap. suo dicendo primo Apostolos caruisse potestate, secundo potestatem polyticam fuisse separatam ab Ecclesiastica, 3. potestatem polyticam totam fuisse pænès Principes Ethnicos 4. Apostolos fuisse subiectos potestati Principum, hinc inferens quod subiectus alteri non habet potestatem super illo, & quasi probans prędicta subiungit Saluatorem venisse adimplere non soluere legem, & iura alterius non tollere, nequè bona, nequè iura naturæ abrumpere; *Argum. 3.* propterea cum Principes ante Apostolos essent, & Apostoli eis primo

ante

ante Apostolatum essent subditi, non potuit Saluator per Apostolatum, neque alio modo eos liberare à tali subiectione, & exaltare eos super Principibus, maximè cum non constet de aliquo speciali verbo, vel mandato, quo Saluator eos liberauerit ab eorum potestate ait ille, immemor iste scelestus, quod Diabolus de liuore eius in Pontificem, impulit eum etiam contra Apostolos, & contra Deum, & contra dicta eius supra cap. 2. vbi potestatem Ecclesiasticam, & independentiam eius à polytica posuit, & probauit.

Solutio.

Dico primo Apostolos habuisse a Deo potestatem super temporalibus, vt supra responso ad 1. hu. 3. cap. in fine & cap. 2. hu. & supra & cap. 11. vsque ad 32. tit. 2. hu.

Dico 2. apud Ecclesiasticos fuisse vsquè in Testamento veteri potestatem a Deo in temporalibus, & si quandoquè non exercuerunt, fuit non defectus potestatis, sed arbitrium, & prudentia eorum, & indispositio illorum temporum incapax honore, salute Apostolicæ potestatis, vt ex præcitatis responso ad 1. in fine hu. & cap. 2. & supra.

Dico 3. potestatem spiritualem sua eminentia dilatabilem in temporalem fuisse penès Ecclesiasticos etiam veteris Testamenti, vt cap. 2. hu. in distinctionibus ibi allatis & cap. 16. vsquè ad cap. 32. tit. 2. hu.

Potestatem verò mere temporalem materialem etiam fuisse apud quosdam Principes.

Dico 4. Apostolos iure Apostolatus fuisse à Deo liberatos quocũq; dominio Principum terrenorum, & Cœlestiũ, imò superexaltatos super eis cap. 23. tit. 3. nostri operis de Sacerdotio, & Imperio, & hoc sine læsione iuris naturæ, vel Diuini, & sine legis fractione ibidem, & de hoc constare verbum substantiale quod est ex rei propositæ natura, & definitione, & si non constaret de eo verbum grãmaticale expressum.

Quæ probantur adducendo aliqua ex allatis citatis capitibus.

Probatio. 1. Auctoris contra Barclaium.

In Moyse fuit Imperium, non solum super fidelibus, sed etiam contra infideles, vt ægiptios, Pharaonem Regem, Reges, & gentes Amorrehorum, & aliarum nationum, quibus pulsis partim per Moysen, partim per Iosue, & Gedeonem successores Moysi, populus fidelis Deo inductus est in Regna eorum possidenda, & tale Imperium eis conuenit immediatè à Deo, Exod. cap. 3. cum sequentibus lib. Iosue, & Gedeonis lib. Iud. cap. 6. cum sequentibus sed Moyses erat Ecclesiasticus, vt pote de Tribu leui Exod. 2. A. & erat figura, & vmbra B. Petri, & Apostolorum cap. 19. tit 1. de Sacerdotio, & Imperio hu. operis & cap. 24. eod. ergo à Deo, non ab homine, etiam in illis antiquissimis temporibus erat suprema potestas polytica etiam super infidelibus Regibus, & Regnis in Ecclesiastico ordine, & in capitibus Ecclesiasticorum, ergo fortius in Apostolis, ad quos est translata, & aucta potestas, & gloria Ecclesiastici ordinis veteris Testamenti, tumquiâ

per

per Euangelium Saluator adimpleuit veterē legem,& acta eius in maius,& melius,non in minus,tum quia illa erant vmbrę,& figurę Euangelij,& Euangelici status Math.5. B.17. Lucas vlt. C.G.1. ad Corin.9. B. 10. ad Rom. 15. A. ad Hæbr. 9. G. 23. cap. 10. A. ca.11. A.B.C.D.

2. Aaron erat Ecclesiasticus,& effectus supremus Sacerdos veteris legis; iste cum Moyse habuit à Deo potestatem, & mandatum super Rege Pharaonis,& Regno pro liberatione populi Dei Exod. 6. A.13 cum sequentibus capitibus, quod mandatum, quę potestas à Deo eis, vltra sensus misticos, Verè realiter fuit tēporalis corporalis super Rege, & Regno Pharaonis, pro reali tēporali tunc liberatione populi de potestate eius. Igitur Aaron à Deo habebat potestatem temporalem præter spiritualem super populo, & super Regibus infidelibus; ergo fortius Apostolus, & Collegium Apostolorum, nam vt probatum est priori argumento Saluator transtulit,non abstulit, sed adimpleuit, & auxit Sacerdotium vetus, gloriam, & potestatem eius in nouum Euāgelicum Sacerdotium, quorum capita sunt Apostoli, termini, & lux vmbrarum Sacerdotij veteris.

3. Ex his formetur aliud argumētū etiā ex simili aduersarij cōtra eū. Potestas Diuina collata super Regibus, & Regnis non potest esse, aut iure Diuino, aut naturæ subdita illis, neque subditi ei possunt iure illi dominari,sed ex probatis Ecclesiasticus ordo veteris Testamēti, & magis Euangelij,& Apostoli habuerunt à Deo potestatem,& gloriam super Regibus,& Regnis,etiam Ethnicis ex probatis,igitur iure naturę,& Diuino illi non subijciuntur Regibus,& Regnis, neq; Reges, & Regna,aut iure naturę,aut Diuino eis dominātur. Si ergo Reges infideles eis dominati sunt,hoc est contra ius naturę,& Diuinū vsurpatio, & violētia corū,& tollerātia, non positio à Deo,ex proposito directo.

Et cum contra similia Diuina iura immediata veteris Testamenti, postea translata,& aucta in statum Euangelicum,non currat prescriptio, sicuti neque contra Deum, sequitur, quod adhuc vigeant,& non sint aboleta illa iura potestatiua Ecclesiastici ordinis super Regibus, & Principibus etiam in temporalibus, & quamuis fuit facta translatio dominij temporalis Iudicum in Reges, non tamen Sacerdotij, quia Iudices vt Iudices illi non erant Sacerdotes adequatè,tum quia illa translatio dominij de Iudicibus ad Reges,fuit Deo permitente quidem,sed directè repugnante,& exprobante,& minitante,& confirmante quod populus malè fecisset petendo talē translationē Regiminis de Iudicib⁹ ad Reg. 1. Reg. 8. B. 7. vsq; ad nu. 19. & cap. 12. C. 16. vsq; nu. 20. supra cap. 4. cum cap. addito,& sequentibus tit. 3. hu.ca. 17. 18, tit.2.

4. Amplius estote. Nuntius, & Legatus supremi Principis iure Regio Nuntij, & Legationis est insubiectus subiectis Principi supremo, ad quos mittitur. Sic Moyses,& Aaron, Iosue, Gedon, Samuel, Elias

misubiecti fuerunt Regibus, & Regnis ad quos missi sunt, & constat etiam iure gentium antecedens, apponatur aliud axioma vniuersi Reges, & Regna Mundi subiecta sunt Saluatori vti Deo, & vti homini deificato hipostesi Math. in fine data est mihi omnis potestas in Coelo, & in Terra. Apostoli autem sunt, & fuerunt Nuntij, & Legati missi a Saluatore supremo Rege dominante ad omnes Reges, gentes, & Regna Math. in fine Lucas 10. A. & in fine Math. 10. A. B. igitur ex allatis Principijs etiam polyticis, Apostoli per Apostolatum eo ipso liberi effecti sunt à Deo, à quoquumque Rege, Regno, & gente, quod fusius probauimus cap. 23. tit. 3. hu.

6. Sed amplius ipsamet seruitus Apostolorum sub Ethnicis Principibus erat vmbra, & tegumentum latentis eorum potestatis Diuinæ super eis. & Principum libertas erat vera seruitus soluenda Apostolico Imperio ab eis, nam Deus non misit Apostolos, vt seruirent eis, sed vt saluarent eos de dura mortali seruitute animorum, & corporum eorum sub Dæmonibus. Quorum autem horum est liber, & Dominus, vel subditus alteri? Saluator liberator serui vincti damnati? an seruus super suo liberatore Saluatore potestate Diuina? certè si non es insensatus deterior bestijs, oportet dicas Saluatorem serui vincti damnati esse Dominum, non seruum serui, & seruum liberatum subditum Saluatori suo. Estote modò Apostoli potestate Diuina fuerunt liberatores Saluatores Regum, & Regnorum detentorum sub iugo infernali; Reges autem, & Regna erant serui sub tyrannide Dæmoniorum, & per corpora & per animas, liberanda Apostolica potestate, igitur Reges, Regna omnia fuerunt, & sunt subiecta Apostolis ad æternum, & Apostoli Domini eorum Diuino iure, mandato, robore saluante ad æternum constitutes eos Principes super omnem terram. & ita vniuersalis Ecclesia interpretatur de Apostolis ps. 44. eructauit, & amplius.

6. Potestas super anima saluans est multò magis potestas super corpore, cum hoc viuat ab anima, sit ei inferius, & ab ea dependens. Apostoli, & Successores à Deo sunt potestates Saluantes super animabus Regum, nationumque totius Mundi. Ioan. 20. & vlt. Math. 16. & cap. 18. igitur sunt à Deo positæ potestates etiam super corporibus vniuersorum Regum, hominumque igitur super temporalibus, hæc enim vel corpora sunt, vel circa corpora humana limitata, igitur Apostoli, & Ecclesiastici iure Diuino immediato nulli Regum, nationūque neque in spiritualibus, neque in temporalibus subduntur ex Diuino proposito, secus occasione purgandi peccati, vel ficte sub velo subiectionis pro æterna salute eorum è seruitute Dæmoniorum, quod non est vera seruitus, sed vera libertas, & potestas Diuina saluans, & liberans Reges, & Regna de potestate Principum tenebrarum.

In maleuolam animam tuam Barclai? non intrauit vmquam hæc excel-

excelsa sapientia, sed more mutorum animalium nisi terram aspicis, & in luto volutaris, & nisi palpabiles tenebras tamquam noctua pro luce habuisti, & lucem veritatis effugisti in allegatis tuis insulsis obiectionibus, & discursibus.

Et amplius demiror caliginem diabolicam intellectus huius Barclaij in vltimis instantijs supra adductis, reputat enim Deum creaturam, & de Deo differit, sicuti de homine, cum Deum ponat sub contractu, & obligatione naturæ, & ciuili, & creaturam exaltet ad Deum, cum dicat Saluatorem dominium Regum super alijs non posse tollere, neque subditum libertate donare, & eximere à dominio alterius, ne abrumpat iura Diuina, & iura naturæ, & tollat ab altero quod suũ est, ideo cum Apostoli per eum sint subiecti Principibus Ethnicis, non potuisse iure per Saluatorem, & per Apostolatum euadere liberos ab eorum dominio, non possum aliud dicere contra istum, nisi quod sit Ateismus Dei negator ex his suis rationibus, quippè creatura comparata Deo nihil est, nullum ius habet, & Deus non contractu, non debito, non obligatione, sed liberè ei dat, & dedit, & sustinet, propterea Saluator non soluit legem, non abrumpit iura naturæ, vel Diuina, quod suum est alterius non tollit, sed quod Dei est libere dat, tollit, transfert iustè; Ideoquè Regem absquè violatione iuris demittere potest, & subditum ab eo liberare, imo superinducere in Regnum, & Regi suo dominari, sicuti Saulem Regem deiecit, Dauid subditum eius soluit ab eo, & Regem instituit super eum 1. Reg. 13. C. 14. cap. 15. D. E. F. cap. 16. C. 13. scidit Regnum Salomonis, & tradidit de duodecim decem partes Ieroboam seruo Salomonis 3. Reg. 11. F. 31. cap. 12. E. 20. F. 24. & Ieroboam Regem per Baaia eius subditum eradicauit 3. Reg. 15. C. D. cap. 15. G. Regem Achab per Iehu eius subditum, quem in Regnum eius intulit, 4. Reg. 9. B. C. D. E. F. G. cap. 10. per totum, vt fusius cap. 23. tit. 3. & cap. 3. addito ante cap. 29. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio, & proindè, quando Apostoli, & Ecclesiastici fuissent iure subiecti sub illis Principibus, quod non conceditur; adhuc Deus potuit liberare, & liberauit eos à potestate eorũ, & superinduxit super eis vt potestates saluantes, sine abrumptione iurium naturæ, vel alterius, sine solutione legis, sine ablatione iuris, & rei tertij.

Talis autem liberationis & potestatis Apostolorum, & Ecclesiasticorum ab eis, & super eis verbum definitionis substantiale habuisti in eo, & per id, quod Apostoli, & Sacerdotes sunt; & Ecclesiastici, eo ipso quod definiatur intelligatur natura, munusquè eorum, sicuti qui dicit incorporale immateriale, dicit spiritum, qui dicit animal rationale, dicit hominem, qui dicit immortale, dicit indeficiens, & è contra, vt ex probatis quæ non opportet repetere, lege præcedentia immediata.

7 Quorum duas rationes naturales, & Theologicas afferamus.

Creator est primus liber, nobilis, dominãs, pręfulgens, creatura est participatio delibata ab illa altitudine; Igitur, quo magis vna creatura, quàm altera Creatori assimilatur, vnitur, deseruit, vel per naturã, vel per institutionem, eo magis talis creatura est magis libera, insubiecta præfulgens, alteri magis remotè participanti de eo, vel per naturam, vel per moralitatem, & gratiam; Atqui Sacerdotium, & Sacerdos intuitu institutionis muneris, obiecti circa quod, Deo vnitur assimilatur magis, quam Imperium, & Imperator, & quicumquè Laicus Princeps, intuitu dignitatis, & muneris (secus quandoquè intuitu priuato priuatorum meritorum personarum) nam Sacerdotium, & Sacerdos est, potestas, & minister a Deo ad Deum, & circa Deum immediatè versans adoratione publica, solemni, potestatiuo ritu, sacrificijs, Sacramentis, precibus, & hinc refunditur ad populos, & vniuersos homines cap. 4. C. 7. 11. 12. tit. 1. hu. Imperium verò, & Imperator, & quæcumquè potestas polytica vi instituti sui, muneris, & subiecti, & si sit a Deo, & resoluatur ad Deum, immediatè tamen directè ex suo munere est circa homines, quo ad corpora, sensus, & bona temporalia ad pacem terrenam cap. 10. tit. 1. hu. cap. 1. 2. 7. tit. 4. hu. intantum, vt Saluator in Euangelio, quod est maius veteri Testamento, potestatem polyticam, & si nominauerit, expresse tamen non instituerit cap. 11 tit. 4. hu. sed benè expressè principalissimè instituerit Sacerdotiũ, & Sacerdotes, tanquam illos, qui ex munere sunt ministri Dei ad salutẽ æternam hominum, & ad Dei cultum, & potestates polyticę ministrę sunt Dei ad rectitudinem, & pacem terrenam mortalium, cap. 8. tit. 1. cap. 1. 7. tit. 4. hu. ita vt Deus se faciat partem, & hęreditatem Sacerdotis, non Regum, & polyticarum potestatum, intuitu muneris, instituti, obiecti eorum, in num. 18. D. 21. Deut. cap. 18. A. Igitur Sacerdotium, & Sacerdos est liber, & liberum, & maius super Imperio, & Imperatoribus, & ei præfulgens iure Creatoris, & creaturæ.

8. Amplius. Quamuis hic, vel Ille Sacerdos sit posterior aliquo Principe polytico; accepta tamen tota vniuersitate Sacerdotum, & Principum, & ponderatis hinc inde instituto debito vtrorumquè. Prius est tempore natura, excellentia, necessitate Sacerdotium Imperio, ordo Ecclesiasticus ordine polyticarum potestatum, iure Creatoris, & debito creaturæ cap. 15. tit. 1. hu. nam primum ius Creatoris est a creatura recognosci, adorari, postea creaturam errabundam Regi. Primũ debitum creaturæ est ad Creatorem, recognoscendum, adorandum timendum super omnia. secundum debitum creaturæ errabundæ, est Regi, & gubernari sub capite creato, sed Sacerdotium, & Sacerdos est intuitu iuris primi Creatoris, & primi debiti creaturæ, nempè ad Deũ adorandum, timendum solemniter, & ad idem instruendum regendum

F cæte-

cæteros homines, ex præcitatis cap. 4. 11. 6. 7. tit. 1. cap. 1. 7. tit. 4. igitur Sacerdotium, & Sacerdos est prior, maior imperio, & præcedit cum Imperium, & Imperator est solù intuitu secundi iuris Creatoris, & posterioris, debiti creaturæ, scilicet regendi creaturam humanam per terrena bona ad terrenam tranquillitatem; Igitur iure Diuino, & creato Sacerdotium, & Sacerdos non subijcitur imperio, & potestatibus polyticis, sed est liber, & independens ab eis, imo Prælatus antecedens iure naturæ, & Diuino super Imperio, & potestatibus polyticis

Et propterea Apostoli, qui fuerunt capita petræ, Columnæ, primæ potestates per complementum Ecclesiastici ordinis Math. 16. & cap. 18. ad Galatas 2. B. 9. non potuerunt aut iure Diuino, aut iure naturæ subesse sub Imperatoribus, vel alijs potestatibus polyticis, similiter, & cæteri Ecclesiastici.

Quare si fuerunt subiecti, fuit violentia facti, non iure potestatis Imperatorum, ideo cum talis subiectio careat iusto titulo, imo repugnet iuri Creatoris, & debito primo creaturæ, non potuit conualescere, & iustificari tractu temporis quantocumque. Ex parte verò Apostolorum illa seruitus fuit facta vi amoris, & Diuinæ suæ potestatis liberandi Imperatorum, & reliquorum corpora, & animas à iugo Sathanico, à perditione æterna. Sicuti Iudith, quæ amore liberandi patriam, ab exercitu Assyriorum mentita est, & conditionem, & animũ, & decollato holoferne reduxit, & pudoris, & liberationis patriæ triunphum. Sicuti Saluator fingens se peregrinum hospitem iunxit se discipulis mestis, mente abreptis de nece corporali domini, vt eos illuminaret, & consolaretur, instrueret, ardentes redderet. Sic etiam in bellis Rex, Dux belli mentito habitu fingens se seruum consueuit castra inimicorum perlustrare, aut etiam vigilias suorum.

9. Addamus aliam rationem. Pastor institutus absq; ignorantia, malitia, improuidentia, impotentia domini, ex instituto domini non potest esse subiectus ouibus, Hircis, Arietibus, Leonibus, Vrsis, Lupis; nam hoc pacto esset contradictio propositi, & intentionis domini, hac enim ratione non esset Pastor ouium, sed ouis sub Pastore, vel sub Hircis, Arietibus, vel sine regente, altera verò ratione esset destruere, occidere Pastorem, eum subijcere Leonibus, Vrsis, Lupis, & cęteris infensis gregi, & sic negaretur institutio, & intentio instituentis Pastorem, sed B. Petrus, & Successores sunt per tempora instituti Pastores à Deo omnium fidelium sub euangelio, & etiam infidelium extra Euangelium, per sufficientem citationem, & vocationem, & gratiam eorum à Deo, vt alias probauimus cap. 22. 17. tit. 1. hu. cap. 11. 12. cap. 23. tit. 4. hu. (& dato quod non sint Pastores infidelium nihil refert) à Deo immediatè sine ignorantia, malignitate, imprudentia, impotentia Ioan. vlt. cap. 12. tit. 2. hu. Reges autẽ, & quęcumq; potestates

tes si profitentur Euangelium sunt Agni, oues in Euangelio Saluatoris; Potestates verò Hæreticæ, Apostatæ, Infideles sunt bestię extra gregē cursitantes, Daniel cap. 7. Ioan. 10. & constat eo ipso, quod sunt extra oues, & ouile Iesu Christi; Igitur repugnat instituto Diuino, Pontificem subijci iure aut Christianis potestatibus, aut subditis, aut infidelibus potestatibus ex mente, & iure naturæ, & Creatoris Saluatoris.

10. Amplius potestas suprema à Deo repugnat subijci inferioribus, & alteri potestati creatæ, sed B. Petrus, & Apostoli fuerunt, & sunt supremæ potestates immediatè institutæ, à Deo cap. 8. 9. 10. tit. 1. cap. 11. 12. 13. tit. 2. cap. 13. tit. 3. hu. cui enim aliquando Imperatorum, vel Regum dixit Deus? Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prænalebunt? Quidquid ligaueris super Terram, erit ligatum, & in Cœlis Math. 16.? sicuti dixit, & dicendo contulit potestatē Diuinam B. Petro? Quia Dei verbum est operatorium, & efficax, vel quidquid ligaueritis super terram, erit ligatum, & in Cœlis? Vbi duo, vel tres, vestrum congregati eritis in nomine meo, in medio eorum? Sicuti dixit, & contulit vim Diuinam Saluator Apostolis? Math. 18. C. ad Sūmum potestates Laicales a Deo nominantur, reputantur ministri Regni Dei Sap 6. A. & quando altius nominarentur, non tamen tanta potestatis āplitudine, & Diuinitate participata, quanta Apostoli nominati, & instituti sunt, vt ex Euangelijs præcitatis; igitur Apostoli, & Pontifices sub nulla potestate creata, & instituta à Deo, minus à Dæmone intrusa, subijciuntur, aut subijci possunt iure creaturæ, vel Creatoris Saluatoris; sed super cunctis potestatibus creatis pręfecti sunt à Deo, maximè humanis ca. 23. tit. 3. hu. operis. Ex quibus liquet Vesania diabolica damnata Barclaij, & Sociorum in secundo, & tertio allato argumento, siuè potius propositione Barclaius prosequitur attentatum horrendum prioris suæ secundæ, & tertiæ propositionis, quod Apostoli, & Christi fideles subditi fuerint iure Ethnicis potestatibus. *Argument. 4. siuè propositio 4. Barcl.*

4. Quia Paulus appellauit Cæsarem.

5. Quia Apostolus ad Rom. 13. A. dixit omnem Animam subijci potestatibus sublimioribus. *Argumentū*

6. Quo tempore non aderant aliæ potestates, nisi Gentiles.

7. Quia B. Augustinus cū alijs profitetur se subiectos Imperatoribus

7. Hęc ille, & Ecclesiā nō eximere quępiā à suis legitimis potestatibus

Quo ad primum factum appellationis Pauli ad Cæsarem non concludit ex iuridico debito subiectionem eius Cęsari iure potestatis eius aliter, & concluderet subiectionem Saluatoris sub Cæsare, cum Saluator sit iudicatus, passus, mortuus sub ministro Cæsaris. Appellatio ergo Pauli ad Cæsarem fuit per patientiam, exercitium, & salutem inferendam Cæsaribus, & Vniuersis gentibus, & ad liberandum eos de *Solutio ad 4*

dura seruitute eorum sub Dæmonibus; dubitabat enim Paulus si non appellaret Cæsarem, insidijs Iudæorum interiturum se fore vt legitur Act. 25. A. B. C. D. quo euentu fuisset ei sublata occasio, prædicatione Euangelica, saluandi, & Reges, & gentes a tyrannide dæmoniorum. Ideo cum salus eorum præualeret apud Paulum, appellauit Cæsarem, fuit ergo ficta seruitus, & appellatio, vera verò intentio, saluandi Cæsarem, & gentes, & liberandi a seruitute eorum sub Dæmonibus, quinam autem est subditus, saluator vincti, & serui? An vinctus seruus liberandus? Certè est subditus non Saluator, sed seruus liberãdus, sic ergo Cæsar, & gentes verè, & non per tropos, serui per animam, & corpus, æterna perditione, sub potestatibus eiectis è Cœlo, subditi erant Paulo liberatori eorum, quantum fit ex se, potestate Diuina suscepta, à iugo Sathanico, ab æterna damnatione.

Iudith flagrans amore patriæ se obtulit seruam Holoferno, exposuit pudorem, vt patriam liberaret; Sic Iacob præuenit benedictionẽ paternam, fingens se Esaù, vt illam benedictionem transfunderet ad nos Genes. 27. D. 25. cap. 28. C. 15. Genes. 3. B. 8. Sic Deus finxit deambulare ad auram post Meridiem Genes. 3. B. 8. cum tamen loco sit immobilis ob sui immensitatem, vt relinqueret dilationem pœnitẽtiæ Adæ, & Euæ desiderans parcere, sic in fine paralip. refertur Deũ de nocte consurgentem admonendo, vt parceret populo, cum tamen apud eum non sit nox, neque dormitio. Paulus ergo appelauit Cæsarem fictè, intendens, scilicet maiorem finem, scilicet liberationem gentium ab idolatria, appellauit, non debito seruitutis erga Cæsarem, sed vi amoris, vt superuiueret diutius ad saluandos, & Cæsares, & gẽtes ab ęterna damnatione Math. Luc. in fine act. 9. ca. 15. quoniam vas electionis est iste mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Israel.

Præterquam, quæ fiunt in fortijs tyrannorum non arguunt obligationem iuridicam faciendi, vel facti, nam, & Reges Manasses, & Sedecias vincti fuerunt ab Assyris, non per hoc, dempta pæna pro peccatis commissis, erant iure obligati impositis conditionibus eorum 2. Paralip. 23. B. C. cap. fin.

Quæ comprobantur; nam idem Paulus, qui appellauit Cęsarem, demonstrauit se habere potestatem super Cæsarem, dicens an nescitis quod Sancti de hoc Mundo iudicabunt? An nescitis quod Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia 1. ad Corint. 6. A. Actus ergo fuit amoris, & prudentiæ Pauli appellando Cæsarem, non actus debitæ subiectionis, dicente Paulo 1. ad Corint. 9. B. 12. sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi, &c. vt supradiximus, impediendo sibi viam prædicandi Euangelium, & saluandi Cæsares, & gentes à seruitute animorum

morum, & corporum diabolica.

Præterquam Paulus apud festum, & Cæsarem erat ignotus, quid qualis, quantusquè esset a Deo ad salutem eorum æternam, & proinde illa eius appellatio fuit actus ignoti, iuxta cæcitatem eorum, non actus debiti seruitutis, & subiectionis erga Cæsarem.

Ad quintam propositionem Barclaij ex Apostolo ad Rom. 13. A. obstupesco ignorantiam perfidam eius obductam à Dæmone; Nam ille textus est contra propositum Barclai, aut saltem præter propositam eius estote dicit Paulus omnem animam subijci potestatibus sublimioribus, ad Rom. 13. A. igitur potestates sublimiores, & supremæ, quales sunt Apostoli ex probatis supra hoc cap. 3. & cap. 2. non sunt subiectæ, & subiecti potestatibus, cum illi sint potestates supremæ ex probatis vlterius, illa clausula, omnis anima, animæ non subduntur potestatibus temporalibus cap. 15. tit. 4. hu. operis, hęc enim habent solùm vim gladij, at animæ cum sint spiritus æterni, non subiaciunt gladio, igitur neq; potestatibus sæcularibus; igitur illa propositio Pauli de subiectione animarum potestatibus sublimioribus, intelligitur sub potestatibus Apostolicis, & Ecclesiasticis, quarum directè, primo est potestas spiritualis super animabus cap. 2. hu. in distinctionibus, & cap. 1. 2. 3. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio Ioan. cap. 20. Accipite Spiritum Sanctum, &c. cap. 11. 12. tit. 1. eod. Ad 5.

Amplius illa propositio Pauli de subiectione subditorum potestatibus intelligitur in ordine respectiuè suo, subiungit enim ibi, quę a Deo sunt, ordinata sunt, atqui Ecclesiastici non sunt in ordine Laicorum, sed in ordine Ecclesiasticorum, nequè fideles in ordine infidelium, igitur ex illa propositione, Ecclesiastici sunt subditi potestatibus Ecclesiasticis, non sæcularibus, & fideles sub Principibus fidelibus, non infidelibus ex Dei directo primo proposito.

Amplius omnes Laici, Imperatores, Reges, cæterique; & per animam, & per corpus subordinati sunt sub potestate Ecclesiastica relatiuè ad æternum, vt probatum est cap. 2. hu. & ca. 2. 3. 11. 13. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio, & in tali ordine Apostolica potestas est potestas, & suprema Math. 16. & cap. 18. Ioan. 20. & cap. vlt. & ex præcitatis, & supra hoc cap. 3. & ca. 2. hu. igitur ex illa Pauli propositione in ordine, intelligitur subiectio Laicorum, & Principum Laicalium sub Apostolica potestate, non è contra, quam Pauli propositionem singulariter nos interpretati sumus ca. 17. tit. 5. de Sacerdotio, & Imperio.

Nequè releuat, quod Apostolus protulerit illam legem, tempore quo aderãt solum potestates polyticæ, ait ille, nam est cæcus, eodem enim tempore aderant potestates Diuinæ Apostolorum maiores cunctis Laicalibus potestatibus, vt ex probatis supra hoc cap. 3. & cap. 2. huius respofi, &c. Præterquam lex maxime Diuina prospicit, pro futuris Ad 6

turis, & futura sæcula habet præsentia; futuræ autem erant potestates Christianæ Laicales, & Ecclesiasticæ post Apostolos, & ordines subiectoř Christianoř. Ideo Apostolus intuitu futurorum Christianoř potestatum Ecclesiasticař,& Laicalium,& subditorum protulit legem ad eas, & eos, ac si præsentes. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, maximè dicente Paulo, quid nobis de his qui foris sunt; 1. ad Corint. 5. in fine; propterea illud mandatum Apostoli transit ad futura Regna, & potestates Christianorum, non ad Etnicos Principes super Christianis.

Præterquam, Paulus in illo cap. 13. ad Rom. nullam mentionem facit de potestatibus Ethnicis, nequè scribens ad tit. 3. A. 1. cap. 12 cum cap. addito tit. 5. cap. 9. cum additis tit. 4. hu. Admone illos,&c. nequè B. Petrus 1. cap. 2. C. D. vbi agit de simili subiectione, mentionem facit de potestatibus infidelibus; igitur cum lex præceptiua non obliget, nisi ad expressa, maximè in pænalibus, & odiosis, non potest intelligi illud mandatũ Apostoli ad Rom. 13. A. de subiectione Christianorum sub potestatibus infidelium, sed fidelibus Christi, & 1. ad Corint. 6. A.B. audet, quod si quandoquè fideles, Diuina ira, subiecti fuerunt (infidelibus, vt Regibus Assyriorum,&c. hoc fuit, non ex Diuino directo proposito, sed occasione peccatorum, vt pænitentiam agerent, qua absoluta liberati fuere a potestatibus eorum 2. Paralip. in fine, fusè ca. 9. cum addito tit. 4. de Sacerdotio,& Imperio. Ierem. cap. 25. A. B. C. 12.

Neq; Reges hæretici possunt gloriari de illo casu fidelium sub infidelibus, cum par fuerit pęna, & conditio Regum, & populorum, qui, ob scelera, à Deo spoliati Regno proiecti sunt in pænam scelerum ad tempus sub iugo Chaldæorum 2. Paralip. in fine Ierem. cap. 25. 26. 27. fusè cap. 3. addito ante 29. tit. 2. cap. 9. 10. cum addito tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio nostri operis.

Ad 7. Patet solutio ad septimam obiectionem Barclaj Ecclesiam Dei nõ eximere sanè quempiam à subiectione erga suum legitimum Principem respectiuè, nisi euadat per scelera illegitimus Princeps, & nisi subiectus mutata conditione, mutet Principem, & iurisdictionem, vt de Laicis effectis Clericis vt ex probatis.

Iam autem supra hoc cap. 3. fusè est præmostratum, Apostolos fuisse exemptos à Deo per Apostolatum à quibuscumquè potestatibus humanis, & super exaltatos super eis, & Ecclesiasticos non esse subiectos potestatibus Laicis, sed liberatos ab eis a Deo, ob Ecclesiasticam dignitatem, vt supra tit. 3. & per alia plura capita operis nostri de Sacerdotio, & Imperio, ideo Ecclesiam hos tenendo, & defendendo liberos ab eis, non eximit quempiã respectiuè subditum a sua legitima potestate, sed effectos, exaltatos, liberos, insubiectos ab eis, & illis

illis à Deo, Ecclesia Sponsa Dei, & Dei Vicaria potestas tuetur, & defendit in esse, statu, gradu, conditione, quibus eos donauit, liberauit, exaltauit Deus. Trident. sess. 22. ca. si quem Clericorum sess. 25. de refor. cap. 20. Cupiens illis verbis Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis constitutionibus constitutam, & cap. 17. non potest, vbi dolet grauiter de submissione Episcoporum sub Principibus Laicis, qui se gestabant inferiori gradu eis, & cap. aduersus consules de immunitate in Decretalibus ex Lateranensi Concilio, & alibi, &c.

Vbi autē S. August. vel alter S. Pater allegatus, vel allegandus dicat se, vel Apostolos, vel Clerū subiectū Principib⁹ Etnicis, vel Christianis.

Aduertatur, iam esse datum, & probatum responsum, hos dixisse respectu sensus humilitatis personæ, non respectu dignitatis, & potestatis Ecclesiasticæ; Violentia, & superbia improborum Principum, non iure naturæ, vel Diuino cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 12. tit. 3. de Sacerdotio, & Imperio operis nostri, & fusè non mendacio, sed prætextu, & intuitu maioris finis consequendæ salutis, & liberationis eorum de seruitute sub potestatibus tenebrarum, vt supra hoc cap. 3. quæ hic non oportet repetere.

Quod si aliqui SS. Patres illud dixissent intuitu dignitatis, & potestatis Ecclesiasticæ, quod non admittimus, eorum dicta fuerunt, & sunt aliter interpretata, & reformata à sanctissimis Dei viris in Testamento veteri, vt ab Elia, qui vocata flamma de Cœlo consumpsit duos legatos Principes Regis Ochozię, quia quadam specie dominationis locuti fuere Eliam, homo Dei descende de Monte, festina, Rex pręcepit 4. Reg. cap. 1. C. D. solumquè tertium Principem saluauit, qui humillima suplicatione, vti subiectus dignitati Eliæ allocutus est, & ab Elisæo, qui cum illuderetur à pueris; E saltu prosilientes vrsi eos dilaniarunt 4. Reg. 2. in fine cap. & pæna lepræ immissa à Deo in Regem Oziam, quia superbe imperare Pontifici Azariæ præsumpsit, & minitari 2. Paralip. 26. D. 19. & à Moyse, Aaron Exod. 6. B. 13. cum sequentibus capitibus vsquè ad cap. 14. Iosue Gedeone lib. Iosue. lib. Iud. cap. 6. cum sequentibus cap. 13. tit. 4. cap. 20. tit. 3. hu. qui Vastarunt Reges, & Regna infidelium verbo, virga, gladio ad Dei Montem, & tandem a præcitato concilio Lateranensi relato cap. aduersus consules de immunitate, & à concilio Trident. præcit. sess. 25. de ref. cap. cupiens, vbi decernit independentiam, insubiectionem, quam vocat immunitatem Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum à Laicis potestatibus esse Diuina ordinatione & ex præcit. cap. 17. non potest, vbi reprehendit, & damnat subiectionem, seruitutem obsequium Episcoporum Principibus Laicis, & mandat, vt custodiant suam dignitatem, & præeminentiam super Principibus Laicis. Præualet autē con-

concilium singularibus dictis Sanctorum Patrum,& illis etiam sententia Pontificis, & horum est vera a Deo auctoritas dicta eorum interpretandi, & reformandi, dicente Saluatore B. Petro, & Successoribus Collegio Apostolorum, & per hoc concilijs legitimis; quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Coelis, Math. 16. quidquid ligaueritis super terram, erit ligatum, & in Coelis, vbi duo, vel tres vestrum congregati eritis in nomine meo, ibi in medio corū sum. Math. 18. C. & ecce vobiscum sum omnibus diebus vsquè ad consummationem saeculi. Math. in fine, & quamuis determinent de rebus moralibus (cum tamen, & illa dicta patrum sint de rebus moralibus) attamē eorum potestas est à Deo,& determinant de rebus moralibus per pertinentiam ad Deum,& corū auctoritas praeualet legibus,& potestatib⁹ Laicalibus vt ex praedictis,& ca.22.21. tit.3. de Sacerdotio,& Imperio

Solutio confirmationis Barclaij. Licere autem Christianis deficere ab Etnicis Principibus, & licere potestatibus Ecclesiasticis idem, patet in primis ex dictis a te, cap. 2. vbi dixisti iure vtramquè potestatem polyticam, & Ecclesiasticam esse insubiectam, independentem. Licet autem ei rebellare,se separare ab obedientia potestatis illius, cuius respectiuè iure non subiacet,non dependet ab ea.

Praeterquàm in argumentis, & responsis datis ad priores Barclaij instantias hu. 3. cap. scilicet secundas, & 3. & ad 7. 5. 6. constat probatum Apostolos, & Successores,& Clerum non esse iure subditos potestatibus polyticis, maximè Ethnicis, & respondeo ad 6. argumentum Barclaij paulo ante,& ad 2. & in probationibus ad secundū hu. 3. cap. & cap. 9. cum additis tit. 4. hu. ideoquè iustè posse recedere ab eorum Imperio, cum iure illi non subdantur, illicita est quidem rebellatio à potestate respectiuè, cui est iuridica subiectio.

Moyses, & Aaron nati fuerunt subditi Regis Pharaonis, attamen sanctè, & iustè ab eo rebellarunt, abduxerunt populum, & vastarunt Regem, & Regnum Aegiptiorum Exod. 6. cum sequentibus.

Gedeon cum populo subyciebantur Madianitis, ab eis rebellauit iustè, & eos vastauit lib. Iud. 6. cum sequentibus.

Samson erat subiectus vel tributarius cum populo Philistaeis,ab eis probate rebellauit,eosq; euertit saepè lib. Iud. 13. A.6. cum sequentib⁹

Dauid tulit fraenum tributi de manu Philistijm 2. Reg. 8. A. 1. Matathias Sacerdos Iudasq; Machabaeus rebellarunt à Rege Anthioco, cui prius erant subiecti, eiusquè Regnum, & vires debilitarunt, & magnis cladibus affecerunt 1. Machab. 2. cap. 3. cum sequentibus.

Ezechias rebelauit, probatè a Deo, a Rege Assyriorum 4. Reg. 18. & cum Paulus dicat seruo, si potes fieri liber, magis vtere 1. ad Corin. 7. D. sub infidelibus autem fideles sunt sicuti serui, ideoquè ex consilio, vel licentia Apostoli licet Christianis rebellare ab Ethnicis Principibus

cipibus vbi possunt, inquantum non peccant ex illo actu; quando autē iubetur a Deo priscis sæculis Regibus, & populo Israel, vt seruirent Regi Chaldæorum Ierem. cap. 27. hoc fuit non ex Diuino proposito, sed ex concitata Dei ira in pænam purgandorum peccatorum, quibus purgatis fideles liberati sunt, & infideles dominatores puniti, & obtriti à Deo 2. Paralip. in fine. Ierem. 27. A. 6. B. cum sequentibus cap. 28. A. 3. contriui iugum Regis Babilonis, & cap. 25. C. 12. cumquè compleci fuerint septuaginta duo anni, visitabo super Regem Babilonis, & super gentem illam dicit dominus iniquitatem eorum, & super gentem Chaldeorum, & ponam illam in solitudinem sempiternam Euentus probauit sententiam, nam Rex Nabucodonosor proiectus fuit de solio ad bestias, & filius eius nocte interremptus ob scelera commissa in gentem, & templum Dei, & translatum Imperium de Chaldęis ad Persas, & Mædos Daniel. 4. & cap. 5. supra cap. addito post 9. tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio, nequè glorieris Rex hęretice, quia par fuit calamitas à Deo immissa seruitutis et in populum, & in Reges Israel ob recessum eorum à religione, 2. Paralip. cap. vlt.

Solutio alterius confirmationis Barclaij.

Nequè B. August. interpretatur, aut interpretari potest pręallegatū à te textum Pauli 13. A. ad Rō. omnis anima potestatibus sublimioribus subditā sit, pręcisè cum limitatione tantū, de potestatibus Laicalibus, interpretatur quidē de illis, sed non tantū de illis ad excludēdum potestates Ecclesiasticas, & subiectionē fideliū sub eis per tēporalia ad ęternū.

Primò quia in dicto textu Pauli ad Rom. cap. 13. A. non est illa limitatiua, sed primò est vniuersalissima, postea videtur quasi de genere descendens se restringere ad speciē potestatum Laicaliū; sed est regula Philosoph. quod prior affirmatio generica, & si subsequatur species, non excludit alterā specię de illo genere, vt qui dicit substantiā, postea corpoream, non excludit à genere substantiæ incorpoream naturam.

Preterquam Paulus alio in loco iubet obed entiam Christi fidelium potestatibus Ecclesiasticis, obedite prepositis vestris, & subiacete illis, & ibi præpositi nominantur Ecclesiastici curam animarum habentes, ad Hæbr. cap. fin. C. 17. cum sequentibus, & alibi si quis non obedierit verbo nostro 2. Thessa. 3. D. 14. & Saluator Math. 23. A. quæcumquè dixerint vobis, seruate, & facite, & durius iuditium cominatur Deus contra gentem, & Ciuitatem, quæ non receperit Apostolos, quā Sodomis, & Gomorreis Math. 10. B. 14. & Paulus alibi iubet pręcepta seniorum, qui ibi interpretantur Episcopi seruari Act. 16. A. 4. cap. 15. F. 41. Act. 12. D. 23. in mouendis rebus publicis iussit Deus incipi à Sacerdote in nu. cap. 4. A. Deut. cap. 20. A. & statuit pænam mortis contra contumaces sententijs Pontificum in causis moralibus deuolutis ad eius forum. Deut. 17. B. C. 12. & iussit Deus Iosue successori in Imperio Moysi, vt dependeret cum populo, & tota multitudine à

verbo, & moderatione supremi Sacerdotis qui erat tunc Eleazar. in num. 27. D. vsquè ad finem.

Sed dato, & non concesso, illum textũ Pauli ca. 13. A. ad Rõ. interpretari cum limitatiua, tantũ de potestatibus Laicis, adhuc nihil iuuat tuo proposito, nã ibi Paulus vt supra diximus hoc cap. responso ad 5. dicit inferiores subdi potestatibꝰ sublimioribus, non dicit autẽ potestates sublimiores subdi inferioribus; at qui Apostolicę potestates sunt sublimiores, & supremę ex probatis per plurima argumẽta in primis responsis hu. 3. cap. ad 2. & 3. argumentum contrarium, igitur non subiacent Laicalibus potestatibus.

Quo verò ad Clerum, iste iure Diuino est exemptus à potestatibus Laicis vt supra ad 7. hu. cap. & Paulus in illo ca. 13. ad Rom. A. subiũgit, quę à Deo sunt, ordinata sunt, ideo, quando ille textus sic de potestatibus Laicalibus, intelligitur in ordine suo, non extra ordinẽ suum de subditis, quod subdantur eis, cum ergo Clerus sit alterius ordinis à Laicis, hinc Cleri obedientia intelligitur nulla ratione sub potestatibus Laicis, ex pręcepto, ex debito Cleri, iure potestatis Laicalis à Deo videatur paulo ante respõsum ad 7. sed sub potestatibus Ecclesiasticis.

Tandem, Barclaius, quasi de graui furore contra Apostolos, & Pontifices, & Clerum euigilans, & contra propositum cap. 2. vbi independentes potestates Ecclesiasticas a Laicis, & è conuerso posuit, pręcedentibus autem huius 3. cap. contendit eos subijci Laicis etiam Etnicis potestatibus, regreditur ad propositum probandi polyticas potestates non subijci Pontificibus dicendo indignum esse, Reges profitentes Christianam fidem duriori iugo premi, quam priuatos, cum isti non habeant bona subiecta potestati Pontificis, & Principes habeant subiectam suam personam, & potestatem illi.

Argument. 8. Barclaij.

Solutio.

Iam huic argumento responsum est supra hoc ca. 3. ad primum cõtrarium argumentum, illatio ergo est negata, & Barclaius noluit intelligere, nam Pontifex non dominatur eis per temporalia ad terrenum finem, vsurpando, regendo, sed hoc eis integre relicto præest illis benefaciendo, custodiendo, augendo, firmando solium, lance iustitiæ, & Diuinæ voluntatis, dirigendo de terrenis ad cælestia Regna, & corrigendo si ab æternis aberrent, ne perdant æterna, quæ sunt verè Regna, & bona, propter abusum terrenæ potestatis, & temporalium, qua ratione etiam corrigit priuatum bonis priuatis, si aberret à fide, licet non sit tanta iactura, & periculum iacturæ, à priuato per abusum temporalium bonorum priuatorum, quãtum à Principibus impiè abutentibus potestate ad perniciem æternam, vt præfato responso ad primum fusius diximus, ideò maior inuigilantia, & prouidentia debet esse Pontificis super abutentibus potestate, quam super priuato abutente bonis temporalibus.

Adi-

Adijcit Barclaius, Principes retinuisse iura Imperij, cum Christianam religionem amplexati sunt. *Argum 9. Solutio.*

Atqui retinuerunt, & retinent adhuc iura Imperij sed non abusum, & impietatem vtendi Imperio, dum Christianam religionem susceperunt, & Pontifici non subiunt, quo ad iura Imperi per amissionem, vel diminutionem, sed per euulsionē ab eis abusus, & impietatis vsus Imperij, quos reijcit Pontifex ab eis, & reijciendo auget, cumulat, perficit iura Imperij, & libera eis relinquit, quod si illi magis velint tenere impietates contra Dei legem, quam Deum; per Deum ipsum, eo ipso proiecti sunt ab Imperio, eoquè priuati cap. 3. ante cap. 29. tit. 2. hu. sicut Saul, Ieroboam, Achab, Manasses, Sedecias, Achaz, Nabucodonosor, Baltassar filius eius, & per Pontificē reuelatur illa Dei actio oculta multis, & ad eius exēplar ex potestate Diuina sibi tradita Pontifex eos deponit Math. 16. C. quidquid ligaueris super Terram erit ligatum & in Cœlis, quo ad terrena prout dirigenda sunt ad æternum, & prout aberrant ab æterno vt reducantur ad illud, & ne noceant cæteris viatoribus ad illud cap. 13. 18. 28. cum additis 29. tit. 2. hu. non propter iura Imperij, sed propter abusum, & impietates subiectorum gestantium potestatem; igitur ipsi Principes peccando incorrectè, se materialiter occasionaliter spoliarunt Imperio, & illud noluerunt retinere, ideo non possunt refundere culpam, aut in Deum, aut in eius Vicarium, si sententialiter ab eis deponantur, ob volitam malitiam eorum trahentem talem priuationem, vt si quis ex peccato damnetur, culpa damnati est, non Dei damnantis, nam Deus non vult peccatum, sed dato peccato impænitentis, trahitur ad puniendum, ob voluntariam malitiam peccantis, ipsum peccatorem.

Et quamuis istantiæ Barclaij breuibus verbis abundantius euacuentur, & plurimæ nequè mereantur responsum, quia nequè probatæ, nequè probabiles sint, cogimur tamen amore Apostolicæ Sedis, & potestatum Laicalium, quę deprauato pondere naturæ vehementius credunt similibus, & eis adhærent; copiosius scribere, & meis scriptis assuetis ad maiora, cum totam Philosophiam Aristotelis euerterim, & nouam aliam vberiorem veram deseruientem Deo vero, & eius religioni ego solus sine Doctore, & libro composuerim, vt testantur opera quæ apud me sunt, & in hoc si gloriabor, non ero insipiens, quia veritatem dicam honorare Barclaij nefaria scripta.

Rimandæ ergo sunt radices Imperij polytici à condito Orbe.

Homo potestate polytica quacumquè insignitus non per hoc euadit Deus, aut creatura à Deo, & eius mandatis exempta, independens, hoc enim repugnat iuri Creatoris, & debito creaturæ. Propterea quicumquè homo potestate insignitus tenetur legi Dei, Maiestati, & bonitati Creatoris, eum recognoscere animo, mente, voluntate, & opere, *Ius polyticę potestatis à Deo est limitatum, et conditionatum. Et supra ad 1 cap. 5.*

& seruire eius Imperio, & obligatur pergere recto tramite naturæ, talis qualis adhuc post lapsum originalem relictus est, non extinctus, & si confœdatus, & perturbatus. Ideo Deus à primis sæculis a Cain, & Abel mentem, voluntatem, & dona exegit, Cain reprobauit, quia munere, non mente, non voluntate eum recognouit Genes. 4. A. 5. Reges gentium, & gentes per vias naturę inperuias procedentes aquis oppressit. Noè cum filijs iustum saluauit. Genes. 6. A. B. ca. 7. C. postea Reges, & gentes Sodomorum Gomorreorum ob euersionem rectitudinis naturæ, sa uis Abraam, & Lot rectis, per Angelos vastauit, deleuit incendio. Genes. 19. C. D. E. igitur Imperium hominis limitatũ, & cõditionatũ est iure, & maiestate Creatoris, Imperio eius, debito, & rectitudine tali quali creatę naturę humanę, post lapsũ originalẽ.

Post statum naturæ edidit Deus legem populo ex genere Iacob, quę lex obstringebat etiam gente; nam omnes tenentur obedire mandatis Dei, cum omnes sint eius creaturæ, & Deus Rex, & Dominus vniuersorum, maximè quia non stetit ex Dei defectu, sed ex prauitate, & repugnantia gentium, opere, & animo legi Dei, & Deo, quorum animos nouerat Deus, quo minus illa lex Dei perueniret ad eos. Ideo Rei effecti sunt, & damnati illi ex gentibus, qui Deum non nouerunt, non obedierunt ei. Paulus ad Rom. 1. & ca. 2. Dauid Ps. 78. effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in Regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt, & Sap. 6. A. B. vbi postquam Reges dicuntur instituti à Deo, de iustitia, æquitate, & iniustitia examinati, Rei inuenti horrendo iudicio præpusillis damnatur, quod non esset nisi legi Dei, & naturæ rectitudini obligati fuissent a Deo Paul. ad Rom. 2. B. 12. quicumq; sine lege viuũt, sine lege peribunt. Tam enim subditus Regi tenetur mandatis eius, quæ audiuit, quæ nouit, quam mandatis, quæ reyciendo, & quibus resistendo, ne audiret, vel facto, vel animo, Deo patenti, non obtemperat, quia contumacia, non audientia venit defectu illius, non defectu Principis, vel Dei, ideo Deus minitatur grauius exterminium his, qui reiecerunt Apostolos denuntiatores, quam Sodomis, & Gomorræis. Math. 10. B. 14.

Ideo Imperium est ligatum, conditionatum, subiectumquè Diuinæ legi, & hinc supremo Sacerdoti, cuius potestas à Deo est in his, quæ ad Deum pertinent Exod. 4. D. 16. 15. leuit. 26. 2. Paralip. 19. C. vsq; ad finem. In num. 16. F. vsquè ad finem cap. 17. cap. 18. A. B. ad Hebr. 5. A. cap. 1. 2. 13. tit. 2. cap. 4. 10. 11. 12. tit. 1. de Sacerdotio, & Imperio, subiacet ergo Imperiũ Sacerdoti supremo directiuè, correctiuè ad Dei legem obseruandam, & per eam ad Deum perfruendum hanc subiectionem Imperij polytici sub lege Dei, & consequenter sub potestate sacerdotali Moyses denuntiauit in Deut. cap. 17. D. 18. 19. postquam autem, &c. accipiens exemplar a Sacerdotibus leuiticæ tribus

Supra cap. 2. huius.

bus clarius Deo mandante expressit in num. cap. 27. D. vsquè ad finem vbi Deus Iosue electum à Deo in Principem vice Moysi iussit præsentari, & sisti coram Eleazaro supremo Sacerdote,, & ab eius verbo dependere, cum subditis. Euangelicus autem Pontifex, sicut, Euangelicum sacrificium est, terminus vmbrarum, & figurarum Testamenti veteris, & Sacerdotij veteris legis, vt supra, & in quibus est facta reformatio in melius, & maius sicuti in sacrificio, ita in sacerdotio Euangelico, quod & si supra sit probatum, inuenies fusius eductum cap. 26. 10. 17. tit. 1. hu.

Incarnato autem Verbo Diuino, vulgato Euangelio per Apostolos, omnes tenentur Euangelio, neque vllus adultus excusari potest; quia Deus non deficit in necessarijs, neque a gratia sufficienti, in omnem terram est vulgatum Euangelium per eos, omnes sufficienter moniti, citati, illuminati fuere intus, & foris, ideo culpa, & pæna æterna eorum, quę non nouerunt, quæ non obedierunt Euangelio, quia ignorantia, inobedientia eorum Euangelio Euenit ex prauitate conscientiæ refutantis reycientis intus. & foris auditum obedientiam, Dei gratiam, non defectu sufficientis illuminationis à Deo, & prædicationis Euangelij Paul. ad Rom. 10. D. Math. in fine Lucas in fine Paul. 2. ad Thessa 1. C. dantis vindictam in flamma ignis ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obedierunt Euāgelio quę fusè probauimus cap. additto post 12. tit. 1. ca. 23. 24. tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio nostri op.

Igitur Imperium, Imperator, Reges, Principes, tam si suceperunt, quam non Euangelium, ante, & post, vulgato Euangelio per Apostolos, obligantur, limitantur sub obedientia Euangelij, & per animas, & per corpora, nam totum coniunctum hominis obligatur Euangelio, dirigitur ad æternam gloriam, vel ad æternam pænam relaxatur ex demeritis, & ita, & per spirituale, & per temporale Euangelio obligantur subduntur.

Igitur non fit innouatio, non fit noua grauaminis additio Regibus, & cæteris potestatibus, cum actu Christianam religionem suscipiunt, nam non ex illa posteriori voluntaria susceptione eorum fidei, sed ex Imperio Dei, iure Creatoris, Redēptoris, & vulgati Euāgelij per Apostolos, & tunc dum suscipiunt, Euāgeliu, & antea obligabātur obedire, subesse, Euangelio, quo ad totum coniunctū ex anima, & corpore eorū.

Cum ergo Pontifex Euangelicus sit a Deo perfecta instituta.

Potestas in his quę ad Deum pertinent, vt ex probatis, id est ad prędicandum, intimandum Euangelium, obseruandum, & faciendum a cęteris obseruari, in adoratione, timore Dei, cum consequentijs Math. cap. 16. Tu es Petrus, &c. Ioan vlt. Pasce Agnos meos, &c. ca. 1. 2. 3. tit. 2. hu. ad quæ vocantur, ordinantur, obligantur nedum animæ, sed etiam corpora, & sensus, quæ complectuntur cætera temporalia imperatorum

ratorum, Regum, & subditorum; sequitur quod omnes Principes sæculi cum subditis obligentur, non ab homine, sed à Deo quò ad spiritualia, & temporalia, per directionem, & correctionem ad Deum, per Euangelium, &c. ad vitam æternam, vltra Regimen inuisibile Angelorum, & Diuinæ gratiæ, etiam sub potestate visibili Pontificis, vt Vicarij Dei, vt ex præcitatis, & cap. 17. 22. tit. 1. cap. 11. 13. cum sequentibus tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Quare dum Etnici Principes, vel alij suscipiunt Euangelium, & subduntur Papæ, non fit nouum grauamen, deterior conditio eorum, quā prius, & si fieret, fieret à Deo, qui est Omnipotens dominus eorum, & ipsi eorum serui: Ideo non possunt doleri: Imò per susceptionem fidei, & submissionem Pontifici melioratur incomparabiliter eorum conditio, cum de seruitute sub Dæmonibus, & damnatione æterna, à Deo vocantur coheredes Regni æterni Saluatoris liberi a pristina seruitute, neque seruitus eorum sub Pontifice est amissio abreuiatio, demissio libertatis veræ, & iurium Imperij, sed libertas, securitas, illustratio, conseruatio per terrena bona ad æterna, neque enim subduntur Pontifici, vt amittant Regna, & Imperium, neque vt disponantur per Pontificem; sed vt dirigantur ad æternum, & corrigantur ad æternū, si deuiant ab illo, quibus saluis, Imperium, iura, libertas Imperij eis relinquitur, neque per Pontificem auferuntur, neque disponuntur, neque disponi, neque tolli possunt ab eis sed eis relinquūtur libera ab eo, solum Deo subiecta.

Ideoque Barclaius eructat solum spumam liuidi oris, hanc veritatē non impugnat, sed Chimeras, vmbras, spectacula ferit, quę ipse cōmaculauit confingens, vt ex vmbris, & spectris eius excitet ęmulationem, & odium, & repugnantiam in mentibus potestatum contra Pōtificem in re mēdaci, pro vera, ostēsa ab illo perfido, ad deceptionē ęternā ear.

Barclaij 10. obiectio. Dicit subiectionem Regum per fidem Pontifici esse separatam ab illa subiectione temporali.

Solutio. Si sumatur potestas temporalis per temporalia ad temporalem finē abstrahendo ab offensa spiritualis obiecti, transeat, quod sit separata talis potestas, & corespondens ei subiectio ab illa subiectione Principum per fidem Pontifici, neque hanc supra affirmauimus de Principibus erga Pontificem Euangelicum. Sed si sumatur subiectio temporalis per directionem, & correctionem ad Dei legem, Deum timendum, adorandum, mente, voluntate, & opere externo, ad æternam salutē, sic non est separata talis subiectio temporalis Principum sub Papa ab illa subiectione per fidem ei, sed necessario coniuncta connexa subordinata, vt supra cap. 2. hu. hoc cap. 3. ad 2. Nam per fidem non solū anima, sed corpus, & sensus per animam, sub quibus cætera temporalia connotantur, ordinantur, obligantur ad obseruantiam Diuinæ legis

legis, ad Deum timendum adorandum,& vocantur ad æternam salutem, & per demeritum damnantur ad æternum incendium, est autem potestas Pontificis in his,& super his, quæ & qualiter ad Deum pertinent, vt pluries supra est probatum, & cap.2. 3. 13. cum sequentibus tit. 2. hu. Idest ad legem Dei, eius obseruantiam, & vitam æternam.

Barclaius obijcit in Euangelio non esse factam mentionem,nec adesse verbum expressum prædictæ potestatis temporalis Pontificis super Pricip b⁹,&c. minusq; post Euāgeliū florescēte Ecclesia priscis seculis. *11. Obiectio*

Dummodo intelligatur vere vt supra mediatè, & cap. 2. hu. potestas Pontificis in temporalibus super Principibus sæcularibus, scilicet per directionem, & correctionem, & spiritualium, & temporaliū ad obseruantiam Diuinæ legis, ad salutem æternam. Dico quod semper,& mentio substantialis, & verbum substantiale definitiuum, & si non semper grammaticale, vt supra diximus, est facta, & habetur, & in Testamento veteri in num. 27. D. vsque ad finem, & alibi, & in Euangelio Math. 16 quid quid ligaueris, &c. Ioan. vlt. Pasce Agnos meos,&c. igitur dirige corrige ad vitam æternam, & à contrarijs defende, & in actis Apostolorum 5. A.B. & Epistolis eorum vt supra hic attulimus, & cap. 2. hoc cap. 3. hu. neque occurrit repetere,& cap. 19. 13. 14. 15. 16. 17. 18. tit. 2. hu. Mentio autem substantialis, verbum substantiale definitiuum ea sunt, vti deffinitio,vel proprietas rei, vel emergens,vel congenitum cum propositi natura v. g. organum constans vita, & ratione, & risibilitate est homo. Creatura incorporalis, immaterialis est Angelus hoc est certum,quod summa rerum,est Deus recognoscendus, timendus, adorandus, salus æterna, & animorum, & corporum; Potestas ligandi, & soluendi data est a Deo B. Petro super terram, scilicet circa habitantes homines erga Dei legem, & salutem æternam, igitur perfecta defensiua a contrarijs Math. 16. pariter B. Petrus fuit institutus a Saluatore, vti Pastor ouium, Agnorum, idest hominum suæ religionis, igitur perfecta, igitur super eo toto, quod vocatur ad æternam salutem, quod est anima, & corpus hominis. igitur spirituale,& temporale hominis, igitur defensiua a contrarijs,viatoribus, vijsque ad salutem æternam, sed talia contraria periculosa viatoribus, & vijs ad salutem æternam, sunt spiritualia iniqua, & etiā frequentissimè temporalia,maximè potestatiua supra cap. 13. 14. 15. 20. tit. 2. & supra hoc responso, igitur ea ratione, qua à Deo est collata perseuerauit, & perpetuabitur vsquè ad finem Mundi Math. in fine B. Petro, & Successoribus eius Math. 16. Ioan. vlt. talis potestas ex congenita, vel emergente consequentia, vel etiam per coincidentiam est data eodem actu ita potestas spiritualis B. Petro, vt eadem spiritualis sit dilatata etiam super temporalibus ordinatis ex sufficienti ad æternum per directionem eorum ad illud, & per castigationem, si

Solutio.

Mentio substantialis perpetua de prædicta potestate Pontificis in temporalibus.

si deuiant ab illo, & per destructionem eorum, si opponantur æterno, vel periclitentur ad illud contumaciter, indurate, incorrigibiliter, quia hoc est congenitum verum, & præualet, quod æternum præualeat temporali, & salus hominis æterna saluti mortali, perditione æterne; Ideo si hæc concurrant, si hæc discriminentur, perire debet temporale ab homine, quod etiam sua conditione periturum est, vt saluetur viatori æternum, quod sui natura sine fine durabit.

Barclaij obiectio 12. Iterum Barclaius relabitur in furorem contra Pontifices, à quo paulisper euigilauerat, & asserit Pontifices subiectos iure sub Imperatoribus, non recordans eorum quæ statuere existimauit ca. 2. quod vtraquè potestas Ecclesiastica, & Laicalis sit inuicem insubiecta, & modo ponit subiectam sub potestatibus polytis Pontificiam potestatem hoc probans ex dictis B. Augustini, & S. Gregorij.

Solutio. Huic non ocurrit hic denuo respondere, cum talis obiectio sit satis fugata supra responso ad 7. ad 6. ad. 5. & 4. & ad. 2. hu. 3. cap.

Solum respondere debemus additæ sententiæ ex B. Augustino quod cum humilitatis causa mentiris, si non es peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod euaderas.

Verum aliud est mentiri de peccato, vt si quis dicat se adulterasse, negasse Deum, quod non sit verum, aliud est mentiri humilitatis ergo de opere super erogatorio libero, vt si quis dicat se non ieiunasse præter præcepta Ecclesiæ, cum tamen ieiunauerit, se carnem non domare cilicio, flagello, cum tamen domuerit, primo pacto est peccatum, secundo pacto non est peccatum mentiri humilitatis causa, & ita præsulem Ecclesiasticum dicere se seruum Imperatoris, vel humilitate, vel prudentia, vel vrbanitate ad retardandum furorem, & sedandam superbiam Laici Principis non est peccatum, neque est mentiri, sed temperare, & prouidere, quæ tamen debent esse intuitu sensus priuatæ personæ non dignitatis, vt supra ad septimũ hu. 3. lib. sicut David apud Regem Philistinorum profugus mentiendo se simulaut furentem impingendo, spumando ore 1. Reg. 21 D. 14. Iudith. mentita est, quo ad externum, se seruam. Holofernis profitendo lib. Iudith. 10. D. 20. cum tamen esset inimica occisura eum; Esther mentita est, quo ad externam vocem, & etiam facti, & obiecti materialem veritatem, Regem, Artaxersem furentem in Hæbreos placatura furore vultus eius deficiens, dum recollecta dixit Regi, se timuisse faciem eius, quasi Angeli. Esther cap. 15. C. 10. D. 16. cum esset best a infidelis Dæmonem pro Deo adorans, non tamen peccarunt illi sic mentiendo.

Tandem ad eum excessum peruenit temeritas, & insolētia Barclaij, vt cum defecerit attentatis rationibus, attollat irrisiones, contemptus contra Pontificem Dei Vicariũ increpando, ait ille, illa fastosa verba titulorum Pontificis, quæ ipse composuit, quibus non vtuntur Pontifices

fices, cum vtantur titulis serui seruorum Dei. Super specula, pastoralis solicitudinis, &c. ille autem dixit irridendo eos vti titulo nos in excelso throno iustitiæ super spiritualibus, & temporalibus, &c.

Iam diximus, qualiter, non per fastum, sed per Euangelicam veritatem Pontificis potestas sit in temporalibus Regum, & spiritualibus, & qualiter hoc intelligatur ideò iustè, & non per inanem superbiam Pontifices possent vti illo titulo. Nos in excelso Throno iustitiæ spiritualium, & temporalium. Quid est maius dicere nos in excelso Throno iustitiæ? an dicere visum est Spiritui Sancto, & nobis? facere se assessores, coniungere se cum Spiritu Sancto? certè hoc secundum, non primum, nam Thronus iustitiæ est Diuinæ rectitudinis participatus splēdor directiuus, correctiuus humanarum actionum. Vsi sunt Apostoli illo altissimo titulo. Visum est Spiritui Sancto, & nobis Act. 15. E. 28. Certè cui resident in Throno iustitiæ, per hoc non habent sibi obiectum Cœlum executorē, atqui potestas Pontificis habet Cœlum paratum executorem venerabundum actorum suæ potestatis, sic Deo tonante Terræ, & Cœlo: Quidquid ligaueris super Terram, erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. C. proinde obmutesce Latro damnatus in Cruce latrare, obiurgare Pontificis minorem titulum, quando illo vtebatur, nos in excelso Throno iustitiæ, &c. Si B. Paulus exaltat sine vanitate, solium suum super Angelos, dicens. An nescitis, quod Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? ad Corint. 6. A. non liceb it Pontifici Vicario Saluatoris, sine nota fasti, dicere, nos in excelso Throno iustitiæ? tametsi hoc titulo non vtantur. Si B. Petrus, in quo superbia, & ambitio non aderat, veraciter dixit in titulo rescribēs fidelibus. Quomodo omnia nobis Diuinę virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem donata sunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute 2. Petri 1. A. 3. non licebit ergo Pontifici sine vana iactantia vti minori titulo, nos in excelso Throno iustitiæ.

Tu in hac tua acclamatione, irrisione, liuore animi, Deo nesciens, & nollens deseruisti? dixisti cum proceribus Iehu derisoribus nuntij Elisei quid venit iste insanus ad te? falsum est, sed magis narra nobis? qui ait eis nostis hominem, hæc, & hæc locutus est mihi, & ait, hæc dicit Dominus vnxite Regem super Israel, &c. festinarunt itaquè, & vnusquisque tollens palium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atquè dixerunt, regnauit Iehu 4. Reg. 9. B. C. Tu perfide tanquam vanum, & falsum titulum potestatis supernæ Pontificis, in excelso Throno iustitię irrisione repulisti? & nolens Deo deseruiens dixisti: viuat Pontifex in excelso Throno iustitiæ spiritualium, & temporalium per directionem, & correctionem ad æternum à Deo constitutus.

Iste temerarius perfidus rebellis illi potestati, cui eum subiecit

Deus, & à qua recepit, per Sacramenta ab illa potestate communicata, salutem æternam, quantum fuerit ex clementia, & virtute eius dum illusit, irrisit ei, contempsit eam, est Deus mortis Dei mandato, & gestis, nam Deus demandauit pœnam mortis infligi superbienti contra Sacerdotem supremum Deut. 17. C. 12. pueros illusores Eliæ solum Dei Nuntij, cum Pontifex sit, & Nuntius, & Vicarius Dei, immissis vrsis de eremo discerpsit, 4. Rex. 2. in fine Princeps verbo superbo alloquentes Eliam, flamma de Cœlo interemit 4. Reg. 1. & tamen ille erat Dei Nuntius solum, iste Dei Vicarius amplissimus Math. 16. Ioan. vlt. cap. addito post 12. tit. 2. de Sacerdotio, &c. & tandem est reus læsæ Diuinæ Maiestatis. Qui vos spernit, me spernit Lucas 10. dixit Iesus Apostolis, quorum capitis Vicarij Dei Pontifex Romanus integra dignitate, & recepta partecipata Diuinitatis potestate est Successor, & proinde qui similes scriptores tollerant, aut etiam honoris, & diuitijs augent sunt Rei crimine læsæ Diuinæ Maiestatis, & ita morte, quam vel in hac vita, vel duplicatam in altera rigore Diuinæ iustitiæ sustinebunt inuiti

Cap. IV.

Barclaius agit errando de origine potestatis Pontificis in temporalibus, indè de excõmunicatione, & de iniustitia, & de non obseruantia eius, maximè sententia Gregorij VII. contra Henricum II. Imperatorem.

Assertio 1. Barclaij. Asserit non probando tamen primam originem allegatæ potestatis Pontificis in temporalibus super potestatibus polyticis fuisse ingentem honorem à Principibus habitum erga Pontificem, & Vicarium Saluatoris. Secundam gladium, actumquè excommunicationis.

2. Dicit amplius, hinc digrediendo de iniusta excommunicatione, eamquè non esse timendam, nequè obseruandam.

3. Dicit huius generis esse excommunicationes latas in subditos, ne obediant suo Principi in his, quæ eius iurisdictionis sunt.

4. Dicit amplius calumniando priora tempora, sententiam Gregorij 7. contra Henricum 2. Imperatorem fuisse iniustã, inualidamquè, nullaquè ratione timendam, illumquè fuisse primum, qui attentauit spoliare Imperio Principes.

5. Putans hoc probare per non probantia, in hoc somnians, vel freneticans scilicet ab euentu, quia Pontifex non obtinuit intentum suũ, nec

nec Imperator remansit Imperio spoliatus,& saxonū sanguis effluxit.

6. Regreditur ad cap. 3. & 2. hu. asserendo Pontifici nullam competere potestatem à Deo super temporalibus Principum, neq; ex causa hæresis, pro probatione adducendo socij sui dogma falsum, nempe Hosij Episcopi Cordubensis Hæretici.

Solutio. Ad 1. Ad primum iste ponit effectum pro origine, pedes pro capite, nam illa reuerentia Principum erga Dei Vicarium est passiua corespondētia Principum merito actiuo, & Diuinitati potestatis eius,& excōmunicatio est actus ex illa potestate, non origo eius. Illa enim potestas per se est spiritualis, vt ca. 2. hu. super quocumq; ordinabili ad Euangelium, ad Deum, ad salutem æternam, quæ ordinabilia ad prædicta, sunt & animæ hominum,& corpora cum sensibus, ex quibus sunt, vel ad quæ sunt cætera temporalia, & ita directoriè illa potestas spiritualis cadit, & super spirituali, & super temporali vniuersorum, sub modo tamen, & forma directionis eorum ad obseruantiam Euangelij, ad vitam æternam, non ad regimen temporale respectiuè finaliter ad terrenam tranquillitatem, quæ potestas spiritualis directoria prædictorum est dilatabilis,& dilatatur in temporalem,& gladium, si per temporalia prouocetur, irritetur per offensionem ab eis spiritualium, vel periculum offensionis proximum eorum, vel viatorum, & viarum, & mediorum ad spirituale æternum, quia potestas a Deo data Pontifici spiritualis super hominibus per Euangelium ad salutem æternam, animorum,& corporum, non est imperfecta manca in suo munere, cum sit immediatè à Deo pro summa rerum super omnia, ideo est promotiua directoria omnium prout ordinabilium ad Deum, & defensiua viatorum, viarum ad Deum a quibuscumquè oppositis, & formidolosis, quæ & spiritualia possunt esse, & mala temporalia potestatiua, vt dum offendunt religionem, Euangelium, potestatem Dei Vicariam, vel aliter auersantur à vita æterna animorum, & corporum, quæ fusius inuenies cap. 2. & 3. hu. resposi cap. 1. 2. 3. 11. 12. cum sequenti. & 13. 14. 15. cum sequentibus tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Hæc est origo vera legitima illius potestatis Pontificis in temporalibus, non autem reuerentia Principum, vel neruus excommunicationis, sed hæc sunt actus, signa corespondentia ex illa origine illius potestatis, & contraria si quæ sunt, fuerunt soluta precitatis locis & supra cap. 2. & 3. hu. responsi.

Ad 2. Aequiuocat primo Barclaius de excommunicatione iniusta, & de nulla, nulla non est timenda, ex multis, quę debet limitari, dummodo de eius nullitate legitimè constet, non autem illegitimè ex votis Reorum, & consultationibus aduocatorum eorum, nam hi, vi, vel spe, vel lucro vel alia animi alteratione, vel occulta, vel reuelata consultant iuxta desiderium suorum clientum, & in praxi vbique videmus, circa

vnam, eandemquè rem Actoris, & Rei consultationes contrarias doctorum Aduocatorum pro interessatis scribi; quomodo ergo in re grauissima, vbi agitur de salute, vel damnatione animæ debet credi, & fisti allegationibus Aduocatorum Rei? si quotidiana familiaris vbiquè experientia docet, circa vnam, eandemquè rem Actoris, & Rei contraria scribere eorum partiales aduocatos? proindè sententia excõmunicationis asserta nulla, ad hoc vt non timeatur, oportet, vt legitimè constet de eius nullitate, si sit in foro conscientię, per Theologos alienos ab amicitia, spe, lucro, timore, honore, fuore, si in foro exte no vltra consultationes Aduocatorum, iste debent subijci Iudici legitimo neque sufficit, sed opportet, vt expectetur responsum ab eo, quia sic est ius Diuinum, Diuinum mandatum, rerum ordo Deut. 17. B. C. ad Rom. 13. A. Math. 16. C. Ioan. vlt. Pasce Agnos meos. Math. 18. C. dico Ecclesiæ, & fusè cap. 33. vsquè ad 39. t. t. 2. de Sacerdotio, & Imperio. Maximè, quia vt dixi experientia docet familiaris quotidiana, quod Rei sæpissimè tenent se probasse, se habere iura, rem esse iustam certam pro se; & tamen in iuditio aliter apparet, & iudicatur, quod non est ex iniustitia Iudicum, sed ex affectione Reorum, & Consultorum lucro, spe, amicitia, vel alia animi affectione, vel ignorantia nuda, vel æquiuocatione decipientium, & errantium sub assertione prætensa dictæ allegatæ veritatis, dum videmus in forensibus Consultores Reorum, Actorum, diuersa opposita scribere de vna eademquè re, neque per eadem dicta, sufragatur dicere nullitatem esse notoriam, nam ego dico cui est notoria? & vbi? reo? Consultoribus Rei, vel Actoris? non est standum eis cum videamus decipi affectione propriarum rerum, & adhærentium, & hinc indè contraria scribere de eadem re. Vbi autem? in plateis, in angulis? non, sed in iuditio, quia est sententia, & materia iuditialis, & ad hoc à Deo instituti sunt iudices, vt adeos deferantur litigia, & materiæ iudiciales, etiam nullitatis prætensæ, & iudicent super eis, & super Actoribus, & Reis alias subuersio Diuinæ ordinationis de potestatibus, & subditis, tum quia notũ extra iuditium in materia iuditiali, perindè est ac ignotum, cum non appareat in iuditio, neque Iudex teneatur adire Reos, Actores, Consultores eorum, neque scire ea, quæ extra iudicium sunt. Tum quia Actores, & Reos, & Consultores adhærentes videmus fallere, & falli sepissime, proprio interesse, & contraria scribere de eadem re, de quibus fusè cap. 36. 35. 37. 38. tit. 2. hu.

Propterea antequam constet legitimè de nullitate excõmunicationis debet ea existimari vt vera valida, & ita timeri, & obseruari acuratis, vt ex præcitatis.

Sententia verò excommunicationis asserta iniusta, etiam si de eius iniustitia constaret, obseruanda, & timenda est, quia per iniust tiam

non

non est inualida, dummodo sit a legitima potestate Ecclesiastica, maximè, quia præsumptio iustitiæ est pro sententia, sicuti ex parte auctoritatis Iudicis, cum illa sit à Deo ad iudicandum, & sit ex Diuino mandato debitum subditi, vt subditi respectiuè subijci, non resistere potestati electæ à Deo, sub pæna peccati mortalis, non ob scandalum præcisè, sed directè, quia ab eo violatur Dei ordinatio, sic declarat, & mandat cōminatur Apostolus ad Rom. 13. A. qui resistit potestati Diuinæ ordinationi resistit, & qui resistunt, damnationem sibi acquirunt; &c. subditi ergo estote, non solum propter timorem, sed etiam propter conscientiam, & 11. 9. 3. can. 1. Sententia Pastoris. Deut. cap. 17. C. 12. qui superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, &c. ex decreto Iudicis morietur, & auferes malum de Israel, &c. & ibi precedentibus immediatis verbis agitur Dei mandato de decisione causarum moralium deuolutarum ad forum Ecclesiasticum per supremum Sacerdotem cap. 38. 37. 39. 33. 39. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Relinquitur quidem Reis, Actoribus, Consultoribus Aduocatis dicere, allegare, reclamare, appellare legitimè, sed non tamen determinare in praxi publicè contra sententiam potestatis sublimioris legitimæ, sed Dei ordinatione spectat ad potestates sublimiores legitimas auscultare, recipere, cognoscere, pronuntiare, determinare super eis, illiquè debent eis obedire, si suprema sit, vel si sit intermedia, debent vti pronuntia, & determinatione supremæ potestatis, eiquè acquiescere, quia non est processus in infinitum in potestatibus, nequè in foro exteriori à Deo admittitur Reis, Actoribus, Aduocatis eorum se per se iudicare, maximè contra expressam sententiam potestatis, alias esset vana allegata instituta ordinatio à Deo potestatum, & subditorum, confusio, & subuersio, cum non iudicarent Iudices Reos, Actores Aduocatos, sed non Iudices respectiuè se iudicarent, & iudicarent contra legitimos potestatiuos Iudices.

Si iuberet Pontifex, quod tamen non iubet, subditis non obedire suo Principi in rebus iurisdictionis eius, vbi Princeps remansit Princeps legitimus, & non offendit religionem, nec Deum, nec aberrat à vita æterna, prorsus non esset timenda excōmunicatio lata, quorum tamen Iudex non est populus, vel Rex, sed solum excipiens reclamās, Iudex autem est Pontifex, vt responso ad 2. cum ipse, & non alter, nisi ex participatione eius, sit Iudex materierum excōmunicationis, licet proclamatores, exceptores possunt esse etiam alij, sed non determinatores super ea, & contra acta eius, sed ille casus est speculatiuus, & non practicus, vti si Cœlum rueret, hominum capita frangerentur, sequela est vera ex dato antecedente, sed antecedens non est verum. Ad 3.

Attamen, si ex causa delictorum Regis contumacis, moniti, incorrigibilis interdiceret subiectis obedientiam ei; Censura esset timenda,

&

& esset iusta, valida, & neccessaria, quia & Deus propter scelera Regum, eos proiecit è solio, & Pontifex est denuntiator gestorum Dei. cap. 3. 2. ante 29. tit. 2 de Sacerdotio, & Imperio, & quia Pontifex sicuti est potestas spiritualis à Deo super quocumquè aduocato per legem ad Deum ad vitam æternam. Math. 16. C. Ioan. vlt. cap. 2. 3. 12. cum add to tit. 2. hu. ita est conseruator viatorum, viarum, mandatorum Dei ad vitam æternam ab oppositis, & formidolosis, ca. 20. tit. 2. hu. alterius potestas esset ludibrio exposita, vana, insufficiens rei media ad finem suum, quæ maximis operibus a Deo immediatis tribui nequeunt, idcirco potest, & debet, & mala spiritualia, & temporalia illis obnoxia, & formidolosa remouere, destruere; ideo sententia illius contrà similes est iusta, valida, & necessaria, & validè, & sanctè interdicit populis obedientiam tali Principi, vti priuato a Deo, & à se denuntiato visibiliter, & potestatiuè deiecto a potestate, & dominio, & ita vti de priori Principe, effecto postea tyranno rebelli Deo supremo Domino Regnorum, & Regum, & hoc pacto eius sententia debet obseruari a populis contra suum alias Regem, tunc non amplius Regem, quia est maior incomparabiliter obligatio creaturæ erga Creatorem, quam erga quamcumquè creaturam, & præualet ius Creatoris, ius religionis cuicumquè iuri alteri hominum erga quamcumquè creaturam, & quia Reges, & ius Regale est subiectum Deo, & religioni, sicut minister, & ius ministri domini, suo Domino Omnipotenti, honori, & maiestati eius. cap. 6. A. B. in sapientia ca. 14. ante 29. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio, & eod. cap. 8. 9. 5. Deut. 17. D. 16. vsq; ad finem cap. 17. tit. 1. cap. 21 tit. 3. eod.

Ad 41 Gratis dicit, sed non probat Barclaius sententiam Gregorij 7. contra Henricum Imperatorem fuisse iniustam, & inualidam. Dicatur amplius ex responso ad 2. huius 4. capitis. Cum Deus pro publica pace, & tranquillitate rerum humanarum diuiserit humanum statum, in potestates, & subditos, tali ratione, vt potestates respectiuè iudicarent subditos, non autem subditi se ipsos, vel potestates, vel alij, qui non sunt respectiuè potestates, & vt subditi respectiuè cum Aduocatis suis dicerent, offerrent in iudicio legitimo Iudici sua litigia iura, consultationes, & cætera. Exod. 18. C. D. in num. 11. C. D. Deut. 1. C. cap. 16. D. 18. in num. 16. Deut. 17. B. C. Sap. 6. A. B. 1. Reg. cap. 7. D. 16. ad Rom. 13. A. supra cap. 33. cum sequentibus tit. 2. hu. operis, & in materia excõmunicationis post Deum nullus sit Iudex, nisi Pontifex, & illi, qui ab illo dependent, & auctoritatem contrahunt, sub quibus venit Concilium legitimum cuius caput post Deum est Pontifex. Math. 16. C. & cap. 18. C. Ioan. vlt. Pasce oues meas supra cap. 44 2. tit. 2. cap. 13. 19. 22. tit. 3. hu. 5. de Sacerdotio, & Imperio, & in materia excommunicationis siue Imperator, siue alter Princeps, vel doctor

Doctor sit respectiuè inferior, & subditus Pontifici, sequitur quod licet Henricus imperator cum suis Aduocatis potuerit dicere, conscribere de nullitate excõmunicationis, non tamen iudicare determinare in praxi de inualiditate prætensa sententiæ contra se latæ, debebat tamen, sic Diuina ordinatione eum ad stringente, afferre talia asserta iura, & reclamationes contra dictam excõmunicationem coram ipso Pontifice, vel delegatis ab eo, vel Concilio de consensu Pontificis celebrando, & ab eis suscipere, & obseruare responsum, & ante hæc faceret, eam habere, & timere vt validam, quia in materia excõmunicationis Imperatorum aduocatis suis est subditus, non Potestas, non Iudex, & tunc legitimè non constabat de eius nullitate asserta, & præsumptio iustitiæ est ex parte Diuinæ auctoritatis, & cum hæc non effecerit, & sententiam publicè non obseruauerit, contempsit, & peccauit mortaliter, cum restiterit supremo Sacerdoti in rebus deuolutis ad eius forum. Deut. 17. B. C. & Paul. 13. ad Rom. A. qui resisti. potestati, Diuinæ ordinationi resistit, & qui resistunt, sibi damnationem acquirunt supra cap. 36. 39. cum alijs tit. 2. huius, qui spernit vos, me spernit, & qui vos audit, me audit Lucas 10. C. 16 si Ecclesiam non audiuerit, sit tibi tanquam Etnicus, &c. Math. 18. C. si quis non obedierit verbo nostro, hunc notate, & ne commiscetamini cum illo 2. Thessa 3. D. 14. Quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. C. a qua potestate Deus non excepit Imperatores, vel aliam hominum, & in materia excommunicationis Imperator, & quæcumquè humana creatura, vt dixi est subdita Pontifici Vicario Dei, & nullus est alter Iudex cognitor determinator eius nisi Pontifex, & cui cõmunicauerit potestatem suam.

Præterquam cuicumquè cognoscenti causas excõmunicationis illius contra Henricum Imperatorem à Gregorio 7. occurrit manifestum, nisi animo, vel facto Schismaticus, vel etiam hæreticus sit, quod illa sententia præhabuerit in Henrico prægrandia publica peccata mortalia, talia vt à prioribus, & posterioribus Concilijs, & Pontificibus sint excõmunicati talia comitentes.

Nam Teste Platina graui hystorico, & plus adhærens Imperatoribus, quam Pontificibus, a quorum vno carcerem, & alias pœnas sustinuit. Henricus ille Imperator Episcopatus occupabat, bonaquè Ecclesiastica, & ea simoniaca labe conferebat quibus volebat, & intantum furorem efferbuit, & interdicere omnibus ausus sit, ne vllam in re Pontifici Romano obtemperarent. Siccine hæc non sunt prægrandia scelera excõmunicationem exigentia? Concilium Lateranense relatum in cap. Aduersus consules de immunitate cap. si quem Clericorum Trident. sess. 22. de rebus excommunicant Laicos, & Clericos occupatores honorum Ecclesiasticorum. Simoniaci excõmunicantur

ab

ab Apostolis. Act. 8. D. 20. pecunia tua,&c. sicuti Simon Magus, & excommunicantur ab eodem Concilio sess. 24. cap. in pluribus versus finem, & cap. expedit circa medium toto titulo de Simonia in decretalibus. Impedire autem Romanum Pontificem, reicere substrahere populos ab eius obedientia, est ie,& alios consentientes extrahere ab Euangelio, ab ouili Saluatoris, & ita esse hæreticos excõmunicatos, cum Saluator in Euangelio Ioan. vlt. instituerit B. Petrum, & Successores Pastores suarum ouium, & agnorum, idest hominum credentium. Tantum scelus, vt Deus duriora horribiliora supplicia his, qui solum reiecerunt, & reijcient Apostolos, eorum actus, & potestatem cõminatus sit, quam executum fuerit contra Sodomos, & Gomorreos vnico momento, cum Ciuitatibus consumptos, Angelis percutientibus, & igne de Cœlo fulminato Genel. 19. C.14. cum sequent. Math. 10. B. 14. & Principes, & populos tumultuatios contra Aaron igne immisso deuorauerit in num 16. F. vsquè ad finem cap.25. tit.4. de Sacerdotio, & Imperio, & quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam propter nos scripta sunt ad Rom.15 A. omnia enim in figura contingebant illis, & propter nos scripta sunt 1. ad Corint. 9.B. ad Heb.11. per totum, & Saluator in Euangelio comminuit acta Testamenti veteris Math. 5. B. 17. Ideoquè iusta sententia Gregorij 7. contra Henricum 3. vel 2. Imperatorum iusta necessaria sancta Deo præmonstrante fuit, ob illius ingentia scelera relata in dicta sententia, & a Platina de vitis Pontificum.

Et dato quod contra Henricum excommunicatum Deus tunc non exegerit visibilem vltionem, non per hoc aut absoluit, aut declarauit innocentem, plerumquè enim flagra Diuina, differuntur, vt perpetuentur in vulnere animarum inuisibili, neque per hanc dilationem, vel non visibilem vltionem contra excõmunicatum Henricum Imperatorem illa sententia declaratur, aut indicatur nulla, vt latè docuimus cap. 28. tit.4. & cap. 48. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio nostri operis, nam & Deus licet per visibilem sententiam excõmunicauerit de Regno, & deposuerit Saulem Regem, illico tamen pæna non est subsecuta sensibilis vulgo (licet statim post tradiderit corpus eius Sathanæ 1. Reg. 16. C.14.) super regnauit, at tandem extirpauit eum cum liberis 1. Reg. in fine, nequè statim coercuit Salomonem, sed dilato tempore, nequè statim extirpauit Ieroboam Regem, sed dilato tempore 3. Reg. cap. 14. cap. 15. G. 29. nequè statim Achab vastauit sed processu temporis 4. Reg. cap. 9. cap. 10. nequè statim Reges Israel abstulit ob scelera, sed placito tempore 2. Paralip. in fine.

Ad 5. Quod sanè Barclaius probare a non probantibus præsumit, cum ex illa excõmunicatione calamitates Pontifex sit perpessus, Henricus victor triumphator processerit Saxonum sanguis sub Rudulfo suffecto

secto in eius locum inundauerit, ait ille.

Imo Henricus excommunicatus in vltima congressione cum Rudulpho Saxone suffulto ab Electoribus in Imperatorē in locum excōmunicati priuati Regno Henrici à Papa fractus cum suo exercitu terga ignominiosè vertit Rudulphus victor fuit pugnæ, campum prælij obtinuit, fudit acies Henrici, & Henricus tanquam alter Cain maledictus à Deo, adeò fractus, & timebundus fuit, vt fugiens è prælio, ita latitauerit, vt vix decimo septimo die repertus fuerit, intantum vt Electores existimantes eum terra haustum ad Baratrum, cum nec viuus, nec mortuus tanto tempore post amissum prælium repertus fuerit, elegerint in eius locum Henricum 4. Filium eius, tametsi Rudulphus victor, suscepto in prælio grauissimo vulnere, mox obierit in victorijs, gloriosum tamē est mori victorem in prælio, fugatis hostibus, & ignominiosum valdè etiam priuato militi fugere è prælio, & pauidum latitare per dies, etiam vmbras, & ventum, & memoriam prælij expauescēdo Platina de vitis Pontificum in vita Gregorij 7. cuius iustitiam, & sanctitatem à cunctis admiratam, & post mortem deploratam ibi attestatur.

Sed dato, & non concesso, prout refert Barclaius ex hystorijs Schismaticorum adhærentium excōmunicato Imperatori, quod exitus belli, & sententiæ fuerit Gregor. 7. ad sensum infaustus, Imperatori non auersus, non arguitur indè, aut iniustitia, aut inualiditas excommunicationis, & insipientia, aut iniquitas excommunicatoris, si postea subsecuta fuerint mala temporalia ipsum, & perturbationes obortæ, vt docuimus cap. 48. tit. 2. cap. 19. tit. 5. de Sacerdotio, & Imperio.

Nam nato, adorato, vulgato Saluatore Rege, immanis cædes subsecuta est infantium Math. 2. numquid Natiuitas Saluatoris, adoratio à Magis, & publicatio eius fuit iniusta, iniqua perniciosa? Deus per Samuelem publicè priuat iure Regio Saulem Regem ob eius scelera 1. Reg. 13. C. & cap. 15. E. F. indè sufficit in eius locum Dauid eius subditum cap. 16. Attamen, & Saul deiectus à Deo de Regno, Tyrannicè tenet Regnum, diu superuiuit, conquirit ad necem Dauid à Deo electum in Regē per Samuelem, Dauid electus à Deo fugit huc, illucquè, nec in Montibus, nec in Speluncis, nec in præruptis, & inuijs Petris, nec in eremis requiem, & salutem tutam recipit à furore Regis Saul 1. Reg. A. ca. 16 vsquè ad finem lib. numquid sententia Dei depositionis Saul à Regno fuit iniusta, inprudens, insalutaris Regno? numquid electio à Deo Dauid in Regem vana perniciosa? absit, quia opera Dei fuere. Ob scelera Regis Achab, & Regni Cœli ænei vrētes facti sunt, ad Imperium Eliæ 3. Reg. 17. A. & audet Rex impius obuiam factus Eliæ, dicere, tu ne es qui conturbas Israel? cum essent peccata Regis conturbantia Regnum 3. Reg. 18. C. 17. Elias relatus

domum Dei, publicè probata veritate religionis obtruncat ministros Regis Hæreticos, Apostatas 3. Reg. 18. D. 21. E. F.G. attamen Rex persistit in Regno, Elias quæritur ad necem, immittuntur post eum furentes milites, fugit Elias, & præitinere longo, quasi deficiens procubit sub vmbra Iuniperi, & petit mori, & tamen Elias à Deo approbatus, opera eius sancta, Regis Achab, & Iezabel Regina scelestissima. Igitur imperator Henricus excõmunicatus depositus à Regno à Gregor. 7. cum Rege Saul, cum Rege Achab, & Regina Iezabel triũphat, per scueratmilite, exercitu perscrutatus ad necem, obsidet Gregoriũ 7. sicuti Saul Dau d, Achab, & Iezabel Regina Eliam; fugit cum Dauid, & Elia Gregorius 7. latitat, obsid tur, & tandem sub Iunipero passionis, & Resurrectionis Saluatoris deficiens corpore, à persecutione saluatur, Angelis recreatur, & corpore Christi, & ad æterna Regna trãsfertur cum Elia; Henricus excommunicatus cum Saule, & Achab, & Iezabel Regibus hæreditatem æternam capit suorum scelerum translatus cum eis ad inferos.

Ad 6. Solutio. Est sanè deridenda sexta probatio Barclaij, quæ potius est propositio, quam probatio quod Pontifex non habet potestatem in temporalibus super potestatibus polyticis, quia hoc asserat Hosius Cordubensis Episcopus vtiquè Hæreticus, & cum magis iste hæreat dicto Hæretici, quam auctoritati Pontificis, & tot Catholicis scriptoribus, demonstrat cunctis Barclaius se esse præcisum ab ouili Christi, & saltem mente se esse conceptum Hæreticum.

Sanè Henricus 3. Imperator excommunicatus à Gregorio 7. tantum exaltatus, & defensus ex præsumptione Barclaij, facto solemni ad æternam rei memoriam, mendacem ostendit Barclaium in istis dictis, nam postquam fuit primo excommunicatus, & priuatus Regno à Gregorio 7. tandem absolutionem petijt, quam aspera hieme, cunctis gelu obrigentibus, deposito Imperiali habitu, nudis pedibus, stupente eius ingenti exercitu ad Canossam oppidum perueniens, misericordia crebrius implorata, reiectus, tandem admissus ad præsentiam Pontificis fractus, non contritus supplex obtinuit absolutionem, & iurauit, ex qua actione, & ex forma editi iuramenti, quę fuit, Rex Henricus composita pace ex sententia domini nostri Gregorij 7. affirmo me pacta, & fœdera conseruaturum, &c. & in fine, me iure iurando addico, vt refert Platina in vita Gregorij 7. ab ipso Henrico declaratur, & iuratur se subesse Pontifici in temporalibus per correctionem ex offensa facta per ipsum contra spirituale, &c. Idemquè Henricus Imperator mox solutus cunctis denuntiauit Pontificem habere potestatem super Principibus in temporalibus, per directionem, & correctionem ad æternum, dum sæpe, & vehementer petit à Pontifice, vt Rudulphum elatum ab electoribus ad Imperium, sententia depelleret à Re-

à Regno vt refert idem Platina ibi.

Sed magis nos ex Sacra Scriptura supra cap. 3. & 2. & rationibus conuincentibus demonstrauimus.

Dicatur amplius admirando temeritatem istius Barclaij, ipse præsumit,& per se, & per alios adductos Auctores etiam Schismaticos, & Hæreticos præualere sententiæ Gregorij 7. latæ contra Henricum 5. 3. 2. Imperatorem, & notare, & denontiare eam de inualiditate, & iniquitate, & inprudentię; cum tamen ipse cum allegatis suis socijs, nec sit supra Concilium, neque æqualis Concilio,& tamē Concilium Tridentinum post reformationes moralium totius Orbis protestatur in illis nulla ratione comprehendere acta Pontificum, quin imo nullā reformationem,nullumquè Concilium duxit,nisi à Pontifice Maximo confirmetur, cap. fin. postremo de reformatione sess. 25. sess. 7. de reformatione in principio, & antiquissimis temporibus, & Leo, Iulius, Liberius Damasus confirmarunt Cōcilia,& sine eorum consensu gesta annullarunt. Hist. Trip. lib. 5. cap. 29. cap. 9. lib. 4. & ca. 15. quantus est ergo iste Barclaius, qui suis propositionibus,& male cōgestis audet annullare, & nullam denuntiare sententiam Gregorij 7. contra Henricum Imperatorem? cum Sacrum Concilium Tridentinum, neq; audeat reformare quidquam Pontificis, neque existimet validum se esse, nisi submittatur, & approbetur à Pontifice Maximo.

His perfunctus reuertamur ad assignationē originis potestatis Pōtificis in temporalibus,quā in principio hu. 4. cap. incępimus ostendere.

Origo ergo eius Agens est Deus, altera est passiua, altera actiua in ordine creato.

Passiua est ex parte hominum regendorum, nimirum ipsamet natura hominis, quæ regreditur ad Creatorem adorandum timendum, à quo processit, & quia est multitudo, & errabilitas eorum, ideo exigit præter custodes inuisibiles, etiam visibilem ductorem, qui regat dirigat corrigat homines ad Deum recognoscendum, adorandum timendum, & in his, & super his est Pontifex vt supra ca. 2. & 3. & in principio hu. 4. & cap. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12. tit. 1. cap. 1. 2. 3. 13. 14. 21. cum sequentibus tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Et quia nedum anima, sed corpus, & sensus, quod est temporale, & continet propter se cætera temporalia dirigibilie sunt ad legis obseruantiam, & Deum, & vitam æternam, à qua potest recedere, & deuiare, & reducere alios, vel etiam obstare, & offendere in spirituale, vel vias, & viatores per legem ad salutem æternam, cap. 13. 14. tit. 2. hu. ideo, & spirituale, & temporale hominum exigit potestatem visibilem à Deo dirigentem, corrigentem eos, & ea ad æternum, & potentem defendere, & conseruare vias, & viatores ad æternum ab obstantibus, nociuis, periculosis spiritualibus, & temporalibus, & hoc est *Verbum expressum.*

est verbum expressum non vocale, sed definitiuum rei propositæ, cum sit ipsa indigentia humana, & errabilitas eius in vijs ad Deum, ad æternam salutem, vt ex præcitatis.

Origo verò actiua potestatis Pontificis in temporalibus est ipsa natura, perfectio potestatis per media ad finem maximum à maximo optimo sapientissimo principio omnipotente, quia scilicet potestas Pontificis à Deo est instituta, ideoquè perfecta completa pro regimine, & correctione, & animorum, & corporum, & sensuum, quæ continent cætera temporalia per obseruantiam Diuinæ legis ad vitam æternam, ideoquè est potestas à Deo potens defendere vias, viatores ad illud æternum à contrarijs, obstantibus, formidolosis, quæ nedum sunt spiritualia, sed temporalia, maximè potestatiua, & potens percutere deuios contumaces proteruos seductores ab illo æterno fine, quæ fusè ostendimus cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. tit. 2. hu. Math. 16. C. Ioan. cap. 10. cap. vlt. C. Exod. 6. B. 13. cap. 7. A. B. cum sequentib⁹ vbi habetur, quod Deus dedit nedum Moysi, sed etiã Aaron mandatũ, & Virgam virtutis, & dominationis in tẽporalibus (vltra spiritualia) prodigiorum, & malorum penę contra Regẽ, & Regnum Pharaonis pro liberatione, correctione, directione populi ad finem à Deo eis pręostensum, ne dum spiritualem, sed etiam temporalem scilicet ad terrã promissionis Hethei. Ammorrhei, &c. pellendorũ à proprijs sedibus.

Verbum expressum. Et hoc est verbum, & mandatum expressum a Deo potestatis in tẽporalibus, ne dum in spiritualibus per directionem, & correctionem, & spiritualium, & temporalium ad obseruantiam Diuinorum mandatorum, ad vitam æternam, Pontificis Vicarij Dei, ipsa inquam natura, finis intentio potestatis à Deo, & natura indigentia, errabilitas, & sæpe peruersitas regendorum, & hoc est verbum substantiale, & mandatum definitiuum, & si non grammaticale vocale.

Quod si sola spiritualia essent dirigenda, per legem ad vitam æternam, aut sola declinatio contrauentio oppositio proueniret a spiritualibus, vtiquè nisi potestas spiritualis in Dei Vicario requireretur, at quia etiam temporalia, maximè potestatiua vocata sunt à Deo ad legem, & vitam æternam, & mala obstantia deuia, formidolosa vijs, & viatoribus ad dictam sempiternam vitam possunt esse temporalia; ideo congruenti baculo, virgaquè, sicuti Aaron, & sicut perfectus Pastor à sapientissimo potenti amantissimo Domino, adoptata potestate dirigente, & corrigente mobilia, & peccantem materiam, & contra offensiua, & periculosa debet a Deo constare, ideoquè tali potestate spirituali, quę sit dilatabilis in omnes casus etiam in temporalem super temporalibus, & contra temporalia aduersa vijs, & viatoribus ad æternum, variantur enim medicamenta, iuxta varietatem morborum, & iuxta diuersitatem aduersantium, proportionato instrumento,

&

& robore debet constare Pastor, Ductor, Custos, si perfectus sit à perfectissimo Domino ad finem per media congruentia consequendum, vt etiam supra cap. 2. & 3. hu. ostendimus, & praecitatis cap. ex tit. 2. de Sacerdotio, &c.

De clausulis autem directè, & indirectè talis potestatis Pontificis supra cap. 2. diximus, & sequenti capite fusius dicemus. *De clausulis directè, & indirectè.*

Quae dicta à nobis vltra rationes allatas ex Sacris litteris, & congruo lumine mentis cap. 2. & 3. hu. responsi, etiam hic ad maiorem Barclaij confusionem, & alia argumenta egesta ex Sacris litteris demonstrabimus. Primo ex Testamento veteri. Postea ex Euangelio, & actis, & scriptis Apostolorum.

1. Primogenitura, Diuina electione, non humana, cum benedictione paterna afferebat secum Principatum temporalem super caeteris fratribus, & fratrum subiectis. Sic Isaac benedixit Iacob sub specie, & figura primogeniti, talisq; benedictio primogeniturę contulit ei Principatum tempporalem super cęteris fratribus, & subiectis illis. Det tibi Deus de rore Coeli, & de pinguedine terrae abundantiā frumenti, & olei, & vini, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij Matris tuae Genes. 17. E.F. 37. Isaac ad Esau Dominum tuum illum constitui, scilicet Iacob; & omnes fratres eius seruituti eius subiugaui, ibidem, & licet dicta figuratim intelligantur; sensus tamē litteralis moralis prout ennarratur non est falsus, sed verus, & licet Iacob esset secundo genitus, non obtinuit tamen illam potestatem super caeteris, vt secundo genitus, sed sub figura, & attestatione primogeniti, vt ibidem patet ca. 17. C. 19. quis es tu fili mi? dixitquè Iacob, ego sum primogenitus filius tuus Esau.

Sed Deus ex duobus fratribus, scilicet Aaron, & Moysen primogenitus fuit Aaron, & iste electus in supremum Sacerdotem, Moyses secundo genitus Exod. 7. A. 7. erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium. Exod. 28. in num 17. per totum ergo ex premissis veris sequitur cōclusio, quod Aaron sub ratione primogeniti habuerit a Deo nedum Principatū spirituale, sed in eo, & ex eo etiā tēporalē super fratrib⁹, & populis, & tribubus eiusdē religionis veri Dei.

2. Moyses erat Ecclesiasticus, vt pote de Tribu Leui. Exod. 2. A. Aaron Ecclesiasticus, & Sacerdos. Exod. 4. C. 14. 15. Exod. 28. A. Vtriquè Deus pro liberatione populi è tyrannide Pharaonis, & contra Regem Pharaonis, & Regnū retinentia, & auertentia, & impedientia populum à sacrificando, a Dei vocatione, & fine dedit, & mandatum copulatiuum, & virgam ex virtute spirituali dominationis in temporalibus per portenta, & paenas temporales sensibiles contra personas, & bona temporalia, & dominium Pharaonis vsquè ad mortem eius inclusiuè, vt patet in Exod 6. B. 13. cum sequentibus cap. vsquè ad

ad 15. ergo fortius Ecclesiasticis Euangelicis in eorum supremo capite, cum Sacerdos um Euangelicum sit terminus, & complementum vmbrarum Sacerdotij veteris Testamenti Math. 5. B. 17. Lucas vlt. C. G. ad Rom. 15. A. 1. ad Corint. 10. C. ad Hebr. 9. G. 23. cap. 14. cap. 10. cap. 11. A. B. C. D. eidem Deus contulit mandatum. & virgam ex finir tu dominationis temporalis contra Reges, & Principes infensos Christianis per viam mandatorum Dei vocatis progredientibus ad æternum finem eis præparatum a Deo.

3. Pontifex Vicarius Saluatoris continet in se potestatem, & eminentiam Aaron, & etiam Moysi qui vtiquè fuit Ecclesiasticus Exod. 2. A. & cap. 19. tit. 1. hu. ergo sicuti Aaron, & Moyses obtinuerunt à Deo, & mandatum, & virgam dominationis spiritualis, & temporalis pro ducatu populi, & liberatione, & defensione a Regibus, & Regnis infensis viæ populi ad Dei vocationem, ad finem præparatum, vt patet, 2. argumento hu. Exod. 6 vsquè ad cap. 15. ita, & magis Pontifex Euangelicus Vicarius Saluatoris obtinuit à Deo mandatum, & virgam dominationis spiritualis etiam dilatabilis in temporalem pro ducatu populi Dei contra Reges, & Regna obstantia viatoribus, & vijs ad Dei vocationem, & finem præparatum à Deo.

4. Perfectio temporalis, & viuacitas in Principe est potestas etiam ad regimen temporale, quia oppositum est defectus, & inhabilitas ad regendum, sed in Moyse erat imperfectio defectus, & timor ad populum, & Pharaoni imperandum pro liberatione populi è tyrannide eius retentiua populi à seruitio Diuino, erat enim Moyses rudis, impeditæ linguæ, timebundus propterea excusabat se, & vehementius deprecabatur Deum, vt alium mitteret, ei autem Deus copulauit Aaron vt eloquentem vt perfectiorem, vt fortem animo Exod. 4. C. D. G. cap. 5. A. cap. 6. B. 13. igitur Aaron vtiquè Sacerdos erat potestas, & perfectio Principis ad regendum, & liberandum populum cōtra Regem, & Regna Pharaonis obstantia illis viatoribus, & vijs ad Dei mandata exequenda, & consequendum eis à Deo præparatum finem.

5. Spirituale, ex sui natura, & proprietate præcontinet eminentius robur, & dominationem in temporalia, in corporalia, materialia, & hæc iure naturæ ei subduntur. Theologi, & Philosophi communiter hoc agnoscunt, & probant, & nos probauimus lib. 2. de immortalitate operum nostrorum à quæstione 71. vsquè ad quæst. 85. sed omnes Catholici in hoc consentiunt, quod Euangelicus Pontifex habeat à Deo potestatem spiritualem super hominibus ad Dei legem obseruandam, & vitam æternam ad correctionem deuium, ad defensionem à contrarijs, ergo fortius ex necessitate naturæ concessę potestatis, in ea eminentius continetur potestas, & dominatio temporalis super temporalibus pro directione, & correctione eorum ad æternum, &

& defensionem à contrarijs.

6. Speciali expressò verbo, & mandato Deus per Moysen dedit potestatem Iudiciariam supremo Sacerdoti etiam in cõtrouersijs causarum siuè Ecclesiasticarum siuè Laicalium per illà generalitatem inter causam, & causam, sanguinem, & sanguinem Deut. 17. B. 8. Si difficile ca. peruenerabile, qui filij sint legitimi in decretalibus, ergo Deus speciali expresso verbo, & mandato contulit potestatē, & in spiritualibus, & in temporalibus supremo Sacerdoti instituendo eum supremū Iudicem recursus in quibuscumquè causis controuersis etiam Laicorū.

7. Institutiò Iosue in supremum Principem populi in locum Moysi fuit facta à Deo tali ratione, vt sisteretur in institutione coram supremò Sacerdote, qui tunc erat Eleazarus, & tali tantaque absoluta generali dependetia eius, & subditorum à supremo Sacerdote, vt ad verbum supremi Sacerdotis ipse Iosue institutus in supremum Principē populi, successor Moysi egrederetur, & ingrederetur cum populo, & tota multitudine in num. 27. D. 18. vsquè ad finem quibus verbis non potest significari maior dependentia supremi Principis, & subditorum à supremo Sacerdote: Igitur à Deo expresso verbo, & mandato Princeps, etsi supremus subijcit cum Regno, supremo Sacerdoti, & supremus Sacerdos habet à Deo potestatem, & gloriam generaliter sinè exceptione temporalis super Principibus, & Regnis. Iosue autem fuit immediatè electus à Deo, & tantæ glorię, & probationis apud Deum, vt meruerit succedere Moysi Diuina electione, & à Deo attestari in eo fuisse spiritum Dei, quot autem victorias, & Triunphos reportauerit de Regibus, & Regnis, & quòd summum est, cum speciali assistentia, & sermocinatione Dei, vel Angeli vice Dei ostendit satis post Deut. liber inscriptus Iosue, nequè tamen Deus tantum Principem sic glorificatum à se electum excepit, sed subiecit sub verbo supremi Sacerdotis, & creationem eius voluit esse per dependentiam, & recognitionem à maiestate supremi Sacerdotis, ita vt eius institutio à Deo fuerit effecta per præsentationem, & sistentiam eius coram Eleazaro supremo Sacerdote. Quomodo ergo modo Reges, Imperatores, & si immediatè electi à Deo, inferiores apud Deum, & in Successione antecessori Iosue, dedignantur, & indignantur se fateri dependentes in institutione, & vitæ processu à supremo Sacerdote Dei Vicario? tanto maiore Eleazaro, quantum Euangelium Testamento veteri, sacrificium Euangelicum Sacrificijs veteris Legis, terminus, & lux figuris, & vmbris; Vicarius amplissimè personaliter à Deo humanato institutus; solo ministro Dei ad adorandum, deprecandum in figuris, & vmbris antecellit, & præeminet participata Diuinitate.

8. Leuitica Tribus vti iuè Ecclesiastica arreptis gladijs obtruncauit millia populi ob offensionem ab eis per temporalia contra Religionè

veri

veri Dei, & factum fuit Deo acceptum, vt obid reportauerit benedictionem Exod. 32. F. 27. vsque ad num. 30. igitur in ordine Ecclesiasticorum, & ita in supremo capite eorum, quod est Pontifex, est, Deo approbante, & glorificante, potestas super & contra temporalia Regni, etiam ad necem ex causa offensionis per temporalia, vel aliter contra Dei religionem.

9. Phinees, vtiquè Sacerdos Summus, Salu filium Zambri pugione confodit cum scorto, quia publicè violauit Dei mandatum, & factum fuit à Deo approbatum, & glorificatum; igitur ab effectu probato à Deo indicatur in supremo Sacerdote, etiam veteris Legis fuisse à Deo absolutam potestatem contra temporalia offendentia Dei Legem ad vindictam Dei, & necem peccantium, antecedēs in num. 25. C. D.

10. Ruben primogenitus Iacob, primus in donis, maior in Imperio, imo absolutè dominus super cęteris, (a quibus tota multitudo Hebręorum, & Regum eorum prouenit) vi primogenituræ, vt di xi in primo argumento huius, propter scelus commissum cotra torum Patris, Deo prænuntiante, & minitante fuit dissipatus à Principatu, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui, (cum prioribus verbis dixerat Iacob) Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior in Imperio. Genes. 49. A. 3., ergo à figura ad figuratum, ab vmbra ad lucem Pontifex post Saluatorem Pater electionis Diuinæ cunctorum credentium Ioan. vlt. Pasce oues meas, & Math. 16. Quidquid ligaueris. & cap. 12. tit. 2. hu. Maiores Imperio, primos in donis à Deo ex causa nefandorum scelerum potest sententialiter priuare Imperio. Rubē primogenitus meus, fortitudo mea, maior in Imperio prius in donis (quia ascendisti cubile Patris tui) effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui Genes. 49. A. 3.

11. Samuel vtiquè Ecclesiasticus, cum ab Infantia fuerit consecratus Deo seruitio Templi, & Heli supremi Sacerdotis 1. Reg. 3. A. 1. cap. 1. D. 28. & quia solemni ritu sacrificabat 1. Reg. 7. A. B. C. 10. Regem Saul, ob transgressiones Diuinorum mandatorum, primo prępnuntiauit Regno breui finiendum 1. Reg. 13. C. 13. 14. postea crescente eius inobedientia Diuinis mandatis, & contumacia contra increpationes Samuelis, protulit in solemni conuentu Regni, in faciem Regis Saulis, sententiam deiectionis eius de Regno, & translationis in Dauid, & prolatam sententiam obfirmauit 1. Reg. 15. A. D. E. F. scidit dominus hodie a te Regnum Israel, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triunphator in Israel non parcet, & pænitudine non flectetur, & quia Rex Amalec contra Diuinum Imperium custodiebatur, viuus apud Saulem Regem, Samuel ob hanc perseuerantiam transgressionis Diuini mandati, iussit in faciem Regis Saul, præsentibus

bus proceribus Regni, & populis, Regem Amalec causam violationis Diuini Imperij coram se adduci, (& ita tanquam subditum sibi, & ita imperando Sauli, qui apud se seruabat illum Regem, Regio cultu) & adductum infrusta concidit, etiam ob alia crimina eius, neque hoc factum Deus reprobauit præcitato 1. Reg. 15. G. 32. vsquè ad finem; Igitur in Sacerdote ministro Dei veteris Testamenti, quanto magis in supremo Sacerdote Euangelico est à Deo cumulata potestas nedum spiritualis, sed de spirituali dilatabilis in temporalem, etiam in gladium, ad proferendam sententiam depositionis Regum ob transgressionem Diuini mandati, & etiam ad interimendum Reges peccatores Etnicos indurata contumacia eorũ incorrigibili cõtra Diuina mãdata.

12. Deus Regem Oziam minitantẽ supremum Sacerdotem, & vsurpantem eius iura illico lepra percussit, & percussit in fronte, vbi superbia, vbi auctoritas Regia, vbi diadema prefulgebat 2. Paralip. 26. D. vsq; ad finem, igitur per hoc Deus subiecit eum Sacerdoti, culmen, superbiam, auctoritatem, diadema eius, quia leprosus submittebatur supremo Sacerdoti leuit. 13. & cap. 14. ergo Deus ex hoc facto demonstrauit potestatem Regalem subiectam Sacerdoti supremo ex causa delicti per temporale eius contra religionem, & supremum Sacerdotem, & sanè subiectam in temporalibus, quia per corpus, & caput Regium percussum à Deo subiectumquè submissum Sacerdoti Summo.

13. Regis Ieroboam manus a Deo aruerunt, quia extensæ contra Dei Ministrum increpantem eum de scelere in religionem, & restitutæ sunt ad valetudinem ab eodem Ministro in Sacris in his, quæ pertinent ad Deum 3. Reg. 13. A. B. ergo manus Regis quæ portant sceptrum, & ita Imperium subiectæ a Deo Ministro suo Sacerdoti, & per pænam, & per valetudinem, ex causa attentati sacrilegi excommunicati delicti.

14. Rex Ioas fuit, amisso prælio, captus, & ignominiosè ductus ab Assirijs, & tandem in lectulo confossus à seruis, hoc ei accidit a Deo, in vindictam dicit textus sanguinis Zachariæ Sacerdotis effusi à Rege ob causam Religionis 2. Paralip. 24. F. G. igitur Rex non habet potestatem à Deo super Sacerdotibus, sed subiectionem verbo eorum, & potestati eius muneris legati missi a Deo.

15. Elias vtiquè Ecclesiasticus munere sacrificandi solemniter, & zelandi legẽ Dei, dirigendi, & corrigendi populum ab idolatria ad cultum veri Dei, quæ sunt munera Sacerdotalia maximè supremæ potestatis 3. Reg. cap. 18. cap. 7. 4. 11. 12. tit. 1. cap. 2. 3. 4. tit. 2. huius. Edito verbo suæ Diuinæ spiritualis potestatis igne fulminato duos Principes per cõtemptũ Religionis eum alloquentes homo Dei Rex præcepit, festina descende, absumpsit, tertium saluum reliquit, vti humili supplicatione alloquentem, & sentientem de religione, & eius

K pote-

potestate 4. Reg. 1. C. D. igitur Principes seculares Diuina dispositione subijciuntur etiam cum magna reuerentia potestati supremæ Sacerdotali, & Pontifex habet à Deo potestatem spiritualem dilatabilem in corporalem contra Principes pro tuenda religione, & dignitate propria contra contemptores.

16. Matathias vtiquè Sacerdos Summus Ministrum Regis Antiochi compellentem homines ad offensam religionis veri Dei, & ipsos violatores compulsos trucidauit, factumquè fuit à Deo approbatum & glorificatum in effectu secuto 1. Mach. 2. cum sequentibus, ergo supremus sacerdos habet à Deo potestatem contra Reges, & Principes temporalem offensores Diuinæ religionis protuenda religione.

17. Gesta Testamenti veteris Sacerdotalis, & Ecclesiastici status fuerunt documenta vmbræ figuræ status Ecclesiastici Euangelici; nam Deus per Euangelium legem compleuit in melius, & maius. Math. 5. B. 17. Lucas vlt. G. 1. ad. Corint. 10. C. cap. 9. B. ad Hebr. 11. ergo cum sit probatum, & ex Diuinis Verbis, & mandatis expressis, & impressis, & ab effectu probato à Deo Ecclesiasticum ordinem maximè supremum Sacerdotem habuisse à Deo exercuisse potestatem spiritualem dilatabilem, & dilatatam in veram temporalem contra personas, & bona Regum, & Regni ex causa offensionis religionis, Diuinorum mandatorum, & pro tuenda propria dignitate, fortius, & eminentius Pontifex Euangelicus habuit a Saluatore Deo humanato potestatem vtiquè spiritualem, sed tamen actiuè dilatabilem in veram temporalem in temporalibus contra Reges, & Regna ex causa offensionis Euangelij, vel alterius grauis sceleris contagiosi indurati pro defensione viarum viatorumquè ad æternam salutem.

18. B. Petrus accepit à Deo humanato potestatem generalem ad vtrumq; super hominibus terram habitantibus, sine discretione, & exceptione personarum, cum absoluto promisso confirmationis actorum eius a se Deo super hominibus per Euangelij obseruantiam cum attinentibus ad ęternam salutem. Math. 16. quidquid ligaueris super terrā erit ligatum, & in Cœlis, ergo, & spiritualem, & temporalē emergentem ex spirituali ad omnes casus pro recta; tutiori perfectiori directione, & correctione omniū, quantum, & quomodo ordinatorum de sufficienti ad ęternam salutem per media congruentia, ergo & contra aduersa, formidolosaq; prædictis, qualia sunt, & spiritualia mala, & plerumquè temporalia maximè potestatiua cap. 14. tit. 2. hu.

19. Eo ipso, quod Pastor institutus est perfectus a sapientissimo amantissimo potentissimo Domino pro summa rerum, qualis est via ad salutem æternam, & institutus potens dirigere, corrigere, Oues, Agnos, Arietes per media ad præfixum terminum, & potens maximè defendere à contrarijs infensis, formidolosis alias dempta vna ex his conditionibus

sionibus Pastor est insufficiens ex instituto, & defectu instituentis, nõ posset perfectè exequi quæ Pastoris sunt, quæ regiminis, & vitæ gregis sunt. B. Petrus, & per eum Successores Pontifices) fuit institutus à Saluatore amantissimo sapientissimo potentissimo Domino perfectus Pastor hominum per Euangelium, & attinentia ad vitam æternam., Ioan. vlt. Simon Ioannis dilligis me plus his? etiam domine, &c. Pasce oues meas, pasce agnos meos, hi autem sunt homines redempti vocati ordinati de sufficienti per legitima media ad vitam æternam. Igitur B. Petrus, suscepit à Deo potestatem sufficientem ad dirigendum, & corrigendum quoscumquè ordinabiles homines ad vitam æternam, & defendendum à contrarijs proposito.

120. Non sola anima, sed per animam corpus, & sensus, quibus cætera corporalia temporalia deseruiunt, ordinata sunt de sufficienti ad obseruantiam Diuinæ legis, & mandatorum eorum cap. 13. tit. 2. hu. quibus Deus vice sua Papam potestatem delegauit ad vitam æternam, igitur potestas Pontificis est directiua, est directiua, & spiritualium, & temporalium hominum per obseruantiam Diuinæ legis, & attinentium ad vitam æternam.

21. Anima, & per animam corpus, & sensus hominis possunt deuiarè, errare circa media ad finem æternum, ergo præallegata potestas Pontificis circa homines ad æternum, sicuti perfectissimi Pastoris ad gregem, debet esse potens corrigere & spiritualia, & temporalia hominum per congruentia media ad salutem æternam.

22. Contraria, auersa, formidolosa, periculosa viatoribus, vijsquè ad salutem æternam ne dum quædam spiritualia esse queunt, vt hæreses Arij, &c. sed etiam possunt esse frequenter temporalia, maximè potestatiua sicut Saul Regis contra Dei mandata 1. Reg. cap. 13. C. cap. 15. A & per totum Salomonis contra religionem 3. Reg. cap. 11. A. cum sequentibus, & magis sicut Ieroboam, qui noua religione inducta & minis, & exemplo deuiabat populum à vero cultu Dei veri 3. Reg. cap. 12. F. G. cap. 13. A. Sicuti Achab Regis 3. Reg. 18. Sicuti Baltassaris Regis Chaldei Daniel 5. & Regis Antiochi 1. Macha. 1. ca. 2. & aliorum, & cap. 14. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio hu. &c. igitur sufficientia potestatis à Deo B. Petri ad ducatum redemptorum per legitima media ad vitam æternam, sicuti perfectissimi Pastoris ad gregem, &c. exigit per coincidentiam instituti, instituentis, muneris, mediorum, finis, & potestatis à Deo delegatę, ad hæc, vt sit potestas congrua adoptata ad defendendum tales viatores, & vias ad illum finem à quibuscumquè malis spiritualibus, & etiam temporalibus, maximè potestatiuis, igitur potestas spiritualis pollens dilatabilis etiam in temporalem contra obnoxia temporalia illis vijs viatoribus sibi consignatis à Deo ad finem æternum.

ab Apoſtolis. Act. 8. D. 20. pecunia tua,&c. ſicuti Simon Magus, & excommunicantur ab eodem Concilio ſeſſ. 24. cap. in pluribus verſus finem, & cap. expedit circa medium toto titulo de Simonia in decretalibus. Impedire autem Romanum Pontificem, reicere ſubſtrahere populos ab eius obedientia, eſt ie,& alios conſentientes extrahere ab Euangelio, ab ouili Saluatoris, & ita eſſe hæreticos excõmunicatos, cum Saluator in Euangelio Ioan. vlt. inſtituerit B. Petrum, & Succeſſores Paſtores ſuarum ouium, & agnorum, ideſt hominum credentium. Tantum ſcelus, vt Deus dur ora horribi i ra ſupplicia his, qui ſolum reiecerunt, & reijcient Apoſtolos, eorum actus, & poteſtatem cõminatus ſit, quam execu tum fuerit contra Sodomos, & Gomorreos vnico momento, cum C u ta ibus conſumptos, Angelis percutientibus, & igne de Cœlo fulminato Genes. 19. C. 14. cum ſequent. Math. 10. B. 14. & Princi es, & popu los tumu tua ios cont a Aaron igne immiſſo deuorauerit in num 16. F. viquè ad finem cap. 25. tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio, & quæ ſcripta ſunt, ad no ra n doctrinam propter nos ſcripta ſunt ad Rom. 15 A. omnia enim in figura contingebant illis, & pro ter n s ſcr pta ſunt 1. ad Corint. 9. B. ad Heb. 11. per totum, & Saluator in Euangel o compleu t acta Teſtamenti veteris Math. 5. B. 17. Ideoquè i a ſententia Gregorij 7. contra Henricum 3. vel 2. Imperatorum iuſta nece a a ſancta Deo præmonſtrante fuit, ob il ius ingentia ſcelera relata in dicta ſententia, & a Platina de vitis Pontificum.

Et dato quod contra Henricum excommunicatum Deus tunc non exegerit viſibilem vltionem, non per hoc aut abſoluit, aut declarauit innocentem, plerumquè enim fulgura Diuina, differuntur, vt perpetuentur in vulnere animarum inuiſibili, neque per hanc dilationem, vel non viſibilem vltionem contra excõmunicatum Henricum Imperatorem illa ſententia declaratur, aut indicatur nulla, vt latè docuimus cap. 28. tit. 4. & cap. 48. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio noſtri operis, nam & Deus licet per viſibilem ſententiam excõmunicauerit de Regno, & depoſuerit Saulem Regem, illico tamen pæna non eſt ſubſecuta ſenſibilis vulgo (licet ſtatim poſt tradiderit corpus eius Sathanæ 1. Reg. 16. C. 14.) ſuper regnauit, at tandem extirpauit eum cum liberis 1. Reg. in fine, neque ſtatim coercuit Salomonem, ſed dilato tempore, neque ſtatim extirpauit Ieroboam Regem, ſed dilato tempore 3. Reg. cap. 14. cap. 15. G. 29. neque ſtatim Achab vaſtauit ſed proceſſu temporis 4. Reg. cap. 9. cap. 10. neque ſtatim Reges Iſrael abſtulit ob ſcelera, ſed placito tempore 2. Paralip. in fine.

Ad 5. Quod ſanè Barclaius probare a non probantibus præſumit, cum ex illa excõmunicatione calamitates Pontifex ſit perpeſſus, Henricus victor triumphator proceſſerit Saxonum ſanguis ſub Rudulfo ſuffecto

ſecto in eius locum inundauerit, ait ille.

Imo Henricus excommunicatus in vltima congreſſione cum Rudulpho Saxone ſuffulto ab Electoribus in Imperatorē in locum excōmunicati priuati Regno Henrici à Papa fractus cum ſuo exercitu terga ignominiosè vertit Rudulphus victor fuit pugnæ, campum prelij obtinuit, fudit acies Henrici, & Henricus tanquam alter Caim maledictus à Deo, adeò fractus, & timebundus fuit, vt fugiens è prælio, ita latitauerit, vt vix decimo ſeptimo die repertus fuerit, intantum vt Electores exiſtimantes eum terra hauſtum ad Baratrum, cum nec viuus, nec mortuus tanto tempore poſt amiſſum prelium repertus fuerit, elegerint in eius locum Henricum 4. Filium eius, tametſi Rodulphus victor, ſuſcepto in prælio grauiſſimo vulnere, mox obierit in victorijs, glorioſum tamē eſt mori victorem in prælio, fugatis hoſtibus, & ignominioſum valdè etiam priuato militi fugere è prælio, & pauidum latitare per dies, etiam vmbras, & ventum, & memoriam prælij expauescēdo Platina de vitis Pontificum in vita Gregorij 7. cuius iuſtitiam, & ſanctitatem à cunctis admiratam, & poſt mortem deploratam ibi atteſtatur.

Sed dato, & non conceſſo, prout refert Barclaius ex hyſtorijs Schiſmaticorum adhærentium excōmunicato Imperatori, quod exitus belli, & ſententiæ fuerit Gregor. 7. ad ſenſum infauſtus, Imperatori non auerſus, non arguitur indè, aut iniuſtitia, aut inualiditas excommunicationis, & inſipientia, aut iniquitas excommunicatoris, ſi poſtea ſubſecuta fuerint mala temporalia ipſum, & perturbationes obortæ, vt docuimus cap. 48. tit. 2. cap. 19. tit. 5. de Sacerdotio, & Imperio.

Nam nato, adorato, vulgato Saluatore Rege, immanisque cædes ſubſecuta eſt infantium Math. 2. numquid Natiuitas Saluatoris, adoratio à Magis, & publicatio eius fuit iniuſta, iniqua pernitioſa? Deus per Samuelem publicè priuat iure Regio Saulem Regem ob eius ſcelera 1. Reg. 13. C. & cap. 15. E. F. indè ſufficit in eius locum Dauid eius ſubditum cap. 16. Attamen, & Saul deiectus à Deo de Regno, Tyrannicè tenet Regnum, diu ſuperuiuit, conquirit ad necem Dauid à Deo electum in Regē per Samuelem, Dauid electus à Deo fugit huc, illucquè, nec in Montibus, nec in Speluncis, nec in præruptis, & inuijs Petris, nec in eremis requiem, & ſalutem tutam recipit à furore Regis Saul 1. Reg. A. ca. 16 vſquè ad finem lib. numquid ſententia Dei depoſitionis Saul à Regno fuit iniuſta, inprudens, inſalutaris Regno? numquid electio à Deo Dauid in Regem vana pernicioſa? abſit, quia opera Dei fuere. Ob ſcelera Regis Achab, & Regni Cœli ænei vrētes facti ſunt, ad Imperium Eliæ 3. Reg. 17. A. & audet Rex impius obuiam factus Eliæ, dicere, tu ne es qui conturbas Iſrael? cum eſſent peccata Regis conturbantia Regnum 3. Reg. 18. C. 17. Elias relatus

I domum

domum Dei, publicè probata veritate religionis obtruncat ministros Regis Hæreticos, Apostatas 3. Reg. 18. D. 21. E. F.G. attamen Rex persistit in Regno, Elias quæritur ad necem, immituntur post eum furentes milites, fugit Elias, & præitinere longo, quasi deficiens procubit sub vmbra Iuniperi, & petit mori, & tamen Elias à Deo approbatus, opera eius sancta, Regis Achab, & Iezabel Regina scelestissima. Igitur imperator Henricus excõmunicatus depositus à Regno à Gregor.7. cum Rege Saul, cum Rege Achab, & Regina Iezabel triũphat, per feueratmilite, exercitu perscrutatus ad necem, obsidet Gregoriũ 7. sicuti Saul Dauid, Achab, & Iezabel Regina Eliam; fugit cum Dauid, & Elia Gregorius 7. latitat, obsiditur, & tandem sub Iunipero passionis, & Resurrectionis Saluatoris deficiens corpore, à persecutione saluatur, Angelis recreatur, & corpore Christi, & ad æterna Regna trãsfertur cum Elia; Henricus excommunicatus cum Saule, & Achab, & Iezabel Regibus hæreditatem æternam capit suorum scelerum translatus cum eis ad inferos.

Ad 6. Solutio. Est sanè deridenda sexta probatio Barclaij, quæ potius est propositio, quam probatio quod Pontifex non habet potestatem in temporalibus super potestatibus polyticis, quia hoc asserat Hosius Cordubensis Episcopus vtiquè Hæreticus, & cum magis iste hæreat dicto Hæretici, quam auctoritati Pontificis, & tot Catholicis scriptoribus, demonstrat cunctis Barclaius se esse præcisum ab ouili Christi, & saltem mente se esse conceptum Hæreticum.

Sanè Henricus 3. Imperator excommunicatus à Gregorio 7. tantum exaltatus, & defensus ex præsumptione Barclaij, facto solemni ad æternam rei memoriam, mendacem ostendit Barclaium in istis dictis, nam postquam fuit primo excommunicatus, & priuatus Regno à Gregorio 7. tandem absolutionem petijt, quam aspera hieme, cunctis gelu obrigentibus, deposito Imperiali habitu, nudis pedibus, stupente eius ingenti exercitu ad Canossam oppidum perueniens, misericordia crebrius implorata, reiectus, tandem admissus ad præsentiam Pontificis fractus, non contritus supplex obtinuit absolutionem, & iurauit, ex qua actione, & ex forma editi iuramenti, quę fuit, Rex Henricus composita pace ex sententia domini nostri Gregorij 7. affirmo me pacta, & fœdera conseruaturum, &c. & in fine, me iure iurando addico, vt refert Platina in vita Gregorij 7. ab ipso Henrico declaratur, & iuratur se subesse Pontifici in temporalibus per correctionem ex offensa facta per ipsum contra spirituale, &c. Idemquè Henricus Imperator mox solutus cunctis denuntiauit Pontificem habere potestatem super Principibus in temporalibus, per directionem, & correctionem ad æternum, dum sæpe, & vehementer petit à Pontifice, vt Rudulphum elatum ab electoribus ad Imperium, sententia depelleret

à Re-

à Regno vt refert idem Platina ibi.

Sed mag s nos ex Sacra Scriptura supra cap. 3. & 2. & rationibus conuincent bus demonstrauimus.

Dicatur amplius admirando temeritatem istius Barclaij, ipse presumit,& per se, & per alios adductos Auctores etiam Schismaticos, & Hæreticos præualere sententiæ Gregorij 7. latæ contra Henricum 5. 3. 2. Imperatorem, & notare, & denontiare eam de inualiditate, & iniquitate, & inprudentię; cum tamen ipse cum allegatis suis socijs nec sit supra Concilium, neque æqualis Concilio,& tamē Concilium Tridentinum post reformationes moralium totius Orbis protestatur in illis nulla ratione comprehendere acta Pontificum, quin imo nullā reformationem,nullumquè Concilium duxit,nisi à Pontifice Maximo confirmetur, cap. fin. postremo de reformatione sess. 25. sess. 7. de reformatione in principio, & antiquissimis temporibus, & Leo, Iulius, Liberius Damasus confirmarunt Cōcilia,& sine eorum consensu gesta annullarunt. Hist. Trip. lib. 5. cap. 29. cap. 9. lib. 4. & ca. 15. quantus est ergo iste Barclaius, qui suis propositionibus,& male cōgestis audet annullare, & nullam denuntiare sententiam Gregor ij 7. contra Henricum Imperatorem? cum Sacrum Concilium Tridentinum, neq; audeat reformare quidquam Pontificis, neque existimet validum se esse, nisi submittatur, & approbetur à Pontifice Maximo.

His perfunctus reuertamur ad assignationē originis potestatis Pōtificis in temporalibus,quā in principio hu. 4. cap. incępimus ostendere.

Origo ergo eius Agens est Deus, altera est passiua, altera actiua in ordine creato.

Passiua est ex parte hominum regendorum, nimirum ipsamet natura hominis, quæ regreditur ad Creatorem adorandum timendum, à quo processit, & quia est multitudo, & errabilitas eorum, ideo exigit præter custodes inuisibiles, etiam visibilem ductorem, qui regat dirigat corrigat homines ad Deum recognoscendum, adorandum timendum, & in his, & super his est Pontifex vt supra ca. 2. & 3. & in principio hu. 4. & cap. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12. tit. 1. cap. 1. 2. 3. 13. 14. 21. cum sequentibus tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Et quia nedum anima, sed corpus, & sensus, quod est temporale, & continet propter se cætera temporalia dirigibilie sunt ad legis obseruantiam, & Deum, & vitam æternam, à qua potest recedere, & deuiare, & reducere alios, vel etiam obstare, & offendere in spirituale, vel vias, & viatores per legem ad salutem æternam, cap. 13.14. tit.2. hu. ideo, & spirituale, & temporale hominum exigit potestatem visibilem à Deo dirigentem, corrigentem eos, & ea ad æternum, & potentem defendere, & conseruare vias, & viatores ad æternum ab obstantibus, nociuis, periculosis spiritualibus, & temporalibus, & hoc *Verbum expressum.*

I 2 est

est verbum expressum non vocale, sed definitiuum rei propositæ, cum sit ipsa indigentia humana, & errabilitas eius in vijs ad Deum, ad æternam salutem, vt ex pręcitatis.

Origo verò actiua potestatis Pontificis in temporalibus est ipsa natura, pe fectio potestatis per media ad finem maximum à maximo optimo sapientissimo principio omnipotente, quia scilicet potestas Pontificis à Deo est instituta, ideoquè perfecta completa pro regimine, & correctione, & animorum, & corporum, & sensuum, quæ continent cętera temporalia per obseruantiam Diuinæ legis ad vitam ęternam, ideoquè est potestas à Deo potens defendere vias, viatores ad illud æternum à contrarijs, obstantibus, formidolosis, quæ nedum sunt spiritualia, sed temporalia, maximè potestatiua, & potens percutere deuios contumaces proteruos seductores ab illo æterno fine, quæ fusè ostendimus cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. tit. 2. hu. Math. 16. C. Ioan. cap. 10. cap. vlt. C. Exod. 6. B. 13. cap. 7. A. B. cum sequentib' vbi habetur, quod Deus dedit nedum Moysi, sed etiã Aaron mandatũ, & Virgam virtutis, & dominationis in tẽporalibus (vltra spiritualia) prodigiorum, & malorum pęnę contra Regẽ, & Regnum Pharaonis pro liberatione, correctione, directione populi ad finem à Deo eis pręostensum, ne dum spiritualem, sed etiam temporalem scilicet ad terrã promissionis Hethei. Ammorrhei, &c. pellendorũ à proprijs sedibus.

Verbum expressum. Et hoc est verbum, & mandatum expressum a Deo potestatis in tẽporalibus, ne dum in spiritualibus per directionem, & correctionem, & spiritualium, & temporalium ad obseruantiam Diuinorum mandatorum, ad vitam æternam, Pontificis Vicarij Dei, ipsa inquam natura, finis intentio potestatis à Deo, & natura indigentia, errabilitas, & sæpe peruersitas regendorum, & hoc est verbum substantiale, & mandatum definitiuum, & si non grammaticale vocale.

Quod si sola spiritualia essent dirigenda, per legem ad vitam æternam, aut sola declinatio contrauentio oppositio proueniret a spiritualibus, vtiquè nisi potestas spiritualis in Dei Vicario requireretur, atquia etiam temporalia, maximè potestatiua vocata sunt ã Deo ad legem, & vitam æternam, & mala obstantia deuia, formidolosa vijs, & viatoribus ad dictam sempiternam vitam possunt esse temporalia; ideo congruenti baculo, virgaquè, sicuti Aaron, & sicut perfectus Pastor à sapientissimo potenti amantissimo Domino, adoptata potestate dirigente, & corrigente mobilia, & peccantem materiam, & contra offensiua, & periculosa debet a Deo constare, ideoquè tali potestate spirituali, quę sit dilatabilis in omnes casus etiam in temporalem super temporalibus, & contra temporalia aduersa vijs, & viatoribus ad æternum, variantur enim medicamenta, iuxta varietatem morborum, & iuxta diuersitatem aduersantium, proportionato instrumento,

&

& robore debet constare Pastor, Ductor, Custos, si perfectus sit à perfectissimo Domino ad finem per media congruentia consequendum, vt etiam supra cap. 2. & 3. hu. ostendimus, & præcitatis cap. ex tit. 2. de Sacerdotio, &c.

De clausulis autem directè, & indirectè talis potestatis Pontificis supra cap. 2. diximus, & sequenti capite fusius dicemus.

De clausulis directè, & indirectè.

Quæ dicta à nobis vltra rationes allatas ex Sacris litteris, & congruo lumine mentis cap. 2. & 3. hu. responsi, etiam hic ad maiorem Barclaij confusionem, & alia argumenta egesta ex Sacris litteris demonstrabimus. Primo ex Testamento veteri. Postea ex Euangello, & actis, & scriptis Apostolorum.

1. Primogenitura, Diuina electione, non humana, cum benedictione paterna afferebat secum Principatum temporalem super cæteris fratribus, & fratrum subiectis. Sic Isaac benedixit Iacob sub specie, & figura primogeniti, talisq; benedictio primogeniturę contulit ei Principatum tempporalem super cęteris fratribus, & subiectis illis. Det tibi Deus de rore Cœli, & de pinguedine terræ abundantiā frumenti, & olei, & vini, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij Matris tuæ Genes. 17. E.F. 37. Isaac ad Esau Dominum tuum illum constitui, scilicet Iacob; & omnes fratres eius seruituti eius subiugaui, ibidem, & licet dicta figuratim intelliguntur; sensus tamē litteralis moralis prout ennarratur non est falsus, sed verus, & licet Iacob esset secundo genitus, non obtinuit tamen illam potestatem super cæteris, vt secundo genitus, sed sub figura, & attestatione primogeniti, vt ibidem patet ca. 17. C. 19. quis es tu fili mi? dixitquè Iacob, ego sum primogenitus filius tuus Esau.

Sed Deus ex duobus fratribus, scilicet Aaron, & Moysen primogenitus fuit Aaron, & iste electus in supremum Sacerdotem, Moyses secundo genitus Exod. 7. A. 7. erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium. Exod. 28. in num 17. per totum ergo ex premissis veris sequitur cōclusio, quod Aaron sub ratione primogeniti habuerit a Deo nedum Principatū spirituale, sed in eo, & ex eo etiā tēporalē super fratrib⁹, & populis, & tribubus eiusdē religionis veri Dei.

2. Moyses erat Ecclesiasticus, vt pote de Tribu Leui. Exod. 2. A. Aaron Ecclesiasticus, & Sacerdos. Exod. 4. C. 14. 15. Exod. 28. A. Vtriquè Deus pro liberatione populi è tyrannide Pharaonis, & contra Regem Pharaonis, & Regnū retinentia, & auertentia, & impedientia populum à sacrificando, a Dei vocatione, & fine dedit, & mandatum copulatiuum, & virgam ex virtute spirituali dominationis in temporalibus per portenta, & pænas temporales sensibiles contra personas, & bona temporalia, & dominium Pharaonis vsquè ad mortem eius inclusiuè, vt patet in Exod 6. B. 13. cum sequentibus cap. vsquè

ad 15. ergo fortius Ecclesiasticis Euangelicis in eorum supremo capite, cum Sacerdotium Euangelicum sit terminus, & complementum vmbrarum Sacerdotij veteris Testamenti Math. 5. B. 17. Lucas vlt. C. G. ad Rom. 15. A. 1. ad Corint. 10. C. ad Hebr. 9. G. 23. cap. 14. cap. 10. cap. 11. A. B. C. D. eidem Deus contulit mandatum, & virgam ex sui virtu dominationis temporalis contra Reges, & Principes infensos Christianis per viam mandatorum Dei vocatis progredientibus ad æternum finem eis præparatum a Deo.

3. Pontifex Vicarius Saluatoris continet in se potestatem, & eminentiam Aaron, & etiam Moysi qui vtiquè fuit Ecclesiasticus Exod. 2. A. & cap. 19. tit. 1. hu. ergo sicuti Aaron, & Moyses obtinuerunt à Deo, & mandatum, & virgam dominationis spiritualis, & temporalis pro ducatu populi, & liberatione, & defensione a Regibus, & Regnis infensis viæ populi ad Dei vocationem, ad finem præparatum, vt patet, 2. argumento hu. Exod. 6 vsquè ad cap. 15. ita, & magis Pontifex Euangelicus Vicarius Saluatoris obtinuit à Deo mandatum, & virgam dominationis spiritualis etiam dilatabilis in temporalem pro ducatu populi Dei contra Reges, & Regna obstantia viatoribus, & vijs ad Dei vocationem, & finem præparatum à Deo.

4. Perfectio temporalis, & viuacitas in Principe est potestas etiam ad regimen temporale, quia oppositum est defectus, & inhabilitas ad regendum, sed in Moyse erat imperfectio defectus, & timor ad populum, & Pharaoni imperandum pro liberatione populi è tyrannide eius retentiua populi à seruitio Diuino, erat enim Moyses rudis, impeditæ linguæ, timebundus propterea excusabat se, & vehementius deprecabatur Deum, vt alium mitteret, ei autem Deus copulauit Aaron vt eloquentem vt perfectiorem, vt fortem animo Exod. 4. C. D. G. cap. 5. A. cap. 6. B. 13. igitur Aaron vtiquè Sacerdos erat potestas, & perfectio Principis ad regendum, & liberandum populum cõtra Regem, & Regna Pharaonis obstantia illis viatoribus, & vijs ad Dei mandata exequenda, & consequendum eis à Deo præparatum finem.

5. Spirituale, ex sui natura, & proprietate præcontinet eminentius robur, & dominationem in temporalia, in corporalia, materialia, & hæc iure naturæ ei subduntur. Theologi, & Philosophi communiter hoc agnoscunt, & probant, & nos probauimus lib. 2. de immortalitate operum nostrorum à quæstione 71. vsquè ad quæst. 85. sed omnes Catholici in hoc consentiunt, quod Euangelicus Pontifex habeat à Deo potestatem spiritualem super hominibus ad Dei legem obseruãdam, & vitam æternam ad correctionem deuium, ad defensionem à contrarijs, ergo fortius ex necessitate naturæ concessę potestatis, in ea eminentius continetur potestas, & dominatio temporalis super temporalibus pro directione, & correctione eorum ad æternum, &

&

& defensionem à contrarijs.

6. Speciali expresso verbo, & mandato Deus per Moysen dedit potestatem Iudiciariam supremo Sacerdoti etiam in cōtrouersijs causarum siuè Ecclesiasticarum siuè Laicalium per illā generalitatem inter causam, & causam, sanguinem, & sanguinem Deut. 17. B. 8. Si difficile ca. peruenerabile, qui filij sint legitimi in decretalibus, ergo Deus speciali expresso verbo, & mandato contulit potestatē, & in spiritualibus, & in temporalibus supremo Sacerdoti instituendo eum supremū Iudicem recursus in quibuscumquè causis controuersis etiam Laicorū.

7. Institutio Iosue in supremum Principem populi in locum Moysi fuit facta à Deo tali ratione, vt sisteretur in institutione coram supremo Sacerdote, qui tunc erat Eleazarus, & tali tantaque absoluta generali dependentia eius, & subditorum a supremo Sacerdote, vt ad verbum supremi Sacerdotis ipse Iosue institutus in supremum Principē populi, successor Moysi egrederetur, & ingrederetur cum populo, & tota multitudine in num. 27. D. 18. visquè ad finem quibus verbis non potest significari maior dependentia supremi Principis, & subditorum à supremo Sacerdote. Igitur à Deo expresso verbo, & mandato Princeps, etsi supremus subijcit̄ cum Regno, supremo Sacerdoti, & supremus Sacerdos habet à Deo potestatem, & gloriam generaliter sinè exceptione temporalis super Principibus, & Regnis. Iosue autem fuit immediatè electus à Deo, & tantæ gloriæ, & probationis apud Deum, vt meruerit succedere Moysi Diuina electione, & à Deo attestari in eo fuisse spiritum Dei, quot autem victorias, & Triunphos reportauerit de Regibus, & Regnis, & quod summum est, cum speciali assistentia, & sermocinatione Dei, vel Angeli vice Dei ostendit satis post Deut. liber inscriptus Iosue, nequè tamen Deus tantum Principem sic glorificatum à se electum excepit, sed subiecit sub verbo supremi Sacerdotis, & creationem eius voluit esse per dependentiam, & recognitionem à maiestate supremi Sacerdotis, ita vt eius institutio à Deo fuerit effecta per præsentationem, & sistentiam eius coram Eleazaro supremo Sacerdote. Quomodo ergo modo Reges, Imperatores, & si immediatè electi à Deo, inferiores apud Deum, & in Successione antecessori Iosue, dedignantur, & indignantur se fateri dependentes in institutione, & vitæ processu à supremo Sacerdote Dei Vicario? tanto maiore Eleazaro, quantum Euangelium Testamento veteri, sacrificium Euangelicum Sacrificijs veteris Legis, terminus, & lux figuris, & vmbris, Vicarius amplissimè personaliter à Deo humanato institutus, solo ministro Dei ad adorandum, deprecandum in figuris, & vmbris antecellit, & præeminet participatâ Diuinitate.

8. Leuitica Tribus vti iurè Ecclesiastica arreptis gladijs obtruncauit milia populi ob offensionem ab eis per temporalia contra Religionē

veri

veri Dei, & factum fuit Deo acceptum, vt obid reportauerit benedictionem Exod. 32. F. 27. vsque ad num. 30. igitur in ordine Ecclesiasticorum, & ita in supremo capite eorum, quod est Pontifex, est, Deo approbante, & glorificante, potestas super & contra temporalia Regni, etiam ad necem ex causa offensionis per temporalia, vel aliter contra Dei religionem.

9. Phinees, vtiquè Sacerdos Summus, Salu filium Zambri pugione confodit cum scorto, quia publicè violauit Dei mandatum, & factum fuit à Deo approbatum, & glorificatum; igitur ab effectu probato à Deo indicatur in supremo Sacerdote, etiam veteris Legis fuisse à Deo absolutam potestatem contra temporalia offendentia Dei Legem ad vindictam Dei, & necem peccantium, antecedēs in num. 25. C. D.

10. Ruben primogenitus Iacob, primus in donis, maior in Imperio, imo absolutè dominus super cęteris, (a quibus tota multitudo Hebręorum, & Regum eorum prouenit) vi primogeniturae, vt dixi in primo argumento huius, propter scelus commissum cotra torum Patris, Deo praenuntiante, & minitante fuit dissipatus à Principatu, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui, (cum prioribus verbis dixerat Iacob) Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior in Imperio. Genes. 49. A. 3., ergo à figura ad figuratum, ab vmbra ad lucem Pontifex post Saluatorem Pater electionis Diuinae cunctorum credentium Ioan. vlt. Pasce oues meas, & Math. 16. Quidquid ligaueris. & cap. 12. tit. 2. hu. Maiores Imperio, primos in donis a Deo ex causa nefandorum scelerum potest sententialiter priuare Imperio. Rubē primogenitus meus, fortitudo mea, maior in Imperio prius in donis (quia ascendisti cubile Patris tui) effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui Genes. 49. A. 3.

11. Samuel vtiquè Ecclesiasticus, cum ab Infantia fuerit consecratus Deo seruitio Templi, & Heli supremi Sacerdotis 1. Reg. 3. A. 1. cap. 1. D. 28. & quia solemni ritu sacrificabat 1. Reg. 7. A. B. C. 10. Regem Saul, ob transgressiones Diuinorum mandatorum, primo pręnuntiauit Regno breui finiendum 1. Reg. 13. C. 13. 14. postea crescente eius inobedientia Diuinis mandatis, & contumacia contra increpationes Samuelis, protulit in solemni conuentu Regni, in faciem Regis Saulis, sententiam deiectionis eius de Regno, & translationis in Dauid, & prolatam sententiam obfirmauit 1. Reg. 15. A. D. E. F. scidit dominus hodie a te Regnum Israel, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triunphator in Israel non parcet, & paenitudine non flectetur, & quia Rex Amalec contra Diuinum Imperium custodiebatur, viuus apud Saulem Regem, Samuel ob hanc perseuerantiam transgressionis Diuini mandati, iussit in faciem Regis Saul, praesentibus

bus proceribus Regni, & populis, Regem Amalec causam violationis Diuini Imperij coram se adduci, (& ita tanquam subditum sibi, & ita imperando Sauli, qui apud se seruabat illum Regem, Regio cultu) & adductum infrusta concidit, etiam ob alia crimina eius, neque hoc factum Deus reprobauit præcitato 1. Reg. 15. G. 32. vsquè ad finem; Igitur in Sacerdote ministro Dei veteris Testamenti, quanto magis in supremo Sacerdote Euangelico est à Deo cumulata potestas nedum spiritualis, sed de spirituali dilatabilis in temporalem, etiam in gladium, ad proferendam sententiam depositionis Regum ob transgressionem Diuini mandati, & etiam ad interimendum Reges peccatores Etnicos indurata contumacia corū incorrigibili cōtra Diuina mādata.

12. Deus Regem Oziam minitantē supremum Sacerdotem, & vsurpantem eius iura illico lepra percussit, & percussit in fronte, vbi superbia, vbi auctoritas Regia, vbi diadema præfulgebat 2. Paralip. 26. D. vsq; ad finem, igitur per hoc Deus subiecit eum Sacerdoti, culmen, superbiam, auctoritatem, diadema eius, quia leprosus submittebatur supremo Sacerdoti leuit. 13. & cap. 14. ergo Deus ex hoc facto demonstrauit potestatem Regalem subiectam Sacerdoti supremo ex causa delicti per temporale eius contra religionem, & supremum Sacerdotem, & sanè subiectam in temporalibus, quia per corpus, & caput Regium percussum à Deo subiectumquè submissum Sacerdoti Summo.

13. Regis Ieroboam manus a Deo aruerunt, quia extensæ contra Dei Ministrum increpantem eum de scelere in religionem, & restitutæ sunt ad valetudinem ab eodem Ministro in Sacris in his, quæ pertinent ad Deum 3. Reg. 13. A. B. ergo manus Regis quæ portant sceptrum, & ita Imperium subiectæ a Deo Ministro suo Sacerdoti, & per pænam, & per valetudinem, ex causa attentati sacrilegi excommunicati delicti.

14. Rex Ioas fuit, amisso prælio, captus, & ignominiosè ductus ab Assirijs, & tandem in lectulo confossus à seruis, hoc ei accidit a Deo, in vindictam dicit textus sanguinis Zachariæ Sacerdotis effusi à Rege ob causam Religionis 2. Paralip. 24. F. G. igitur Rex non habet potestatem à Deo super Sacerdotibus, sed subiectionem verbo eorum, & potestati eius muneris legati missi a Deo.

15. Elias vtiquè Ecclesiasticus munere sacrificandi solemniter, & zelandi legē Dei, dirigendi, & corrigendi populum ab idolatria ad cultum veri Dei, quæ sunt munera Sacerdotalia maximè supremæ potestatis 3. Reg. cap. 18. cap. 7. 4. 11. 12. tit. 1. cap. 2. 3. 4. tit. 2. huius. Edito verbo suæ Diuinæ spiritualis potestatis igne fulminato duos Principes per cōtemptū Religionis eum alloquentes homo Dei Rex præcepit, festina descende, absumpsit, tertium saluum reliquit, vti humili supplicatione alloquentem, & sentientem de religione, & eius

K pote-

potestate 4.Reg. 1. C.D. igitur Principes secolares Diuina dispositione subijciuntur etiam cum magna reuerentia potestati supremæ Sacerdotali, & Pontifex habet a Deo potestatem spiritualem dilatabilem in corporalem contra Principes pro tuenda religione, & dignitate propria contra contemptores.

16. Matathias vtiquè Sacerdos Summus Ministrum Regis Antiochi compellentem homines ad offensam religionis veri Dei, & ipsos violatores compulsos trucidauit, factumquè fuit à Deo approbatum & glorificatum in effectu secuto 1.Mach. 2. cum sequentibus, ergo supremus Sacerdos habet a Deo potestatem contra Reges, & Principes temporalem offensores Diuinæ religionis protuenda religione.

17. Gesta Testament veteris Sacerdotalis, & Ecclesiastici status fuerunt documenta vmbræ figuræ status Ecclesiastici Euangelici; nam Deus per Euangelium legem compleuit in melius, & maius. Math. 5. B. 17. Lucas vit. G. 1. ad. Corint. 10. C. cap. 9. B. ad Hebr. 11. ergo cum sit probatum, & ex Diuinis Verbis, & mandatis expressis, & impressis, & ab effectu probato à Deo Ecclesiasticum ordinem maximè supremum Sacerdotem habuisse a Deo exercuisse potestatem spiritualem dilatabilem, & dilatatam in veram temporalem contra personas, & bona Regum, & Regni ex causa offensionis religionis, Diuinorum mandatorum, & pro tuenda propria dignitate, fortius, & eminentius Pontifex Euangelicus habuit a Saluatore Deo humanato potestatem vtiquè spiritualem, sed tamen actiuè dilatabilem in veram temporalem in temporalibus contra Reges, & Regna ex causa offensionis Euangelij, vel alterius grauis sceleris contagiosi indurati pro defensione viarum viatorumquè ad æternam salutem.

18. B. Petrus accepit à Deo humanato potestatem generalem ad vtrumq; super hominibus terram habitantibus, sine discretione, & exceptione personarum, cum absoluto promisso confirmationis actorum eius a se Deo super hominibus per Euangelij obseruantiam cum attinentibus ad çternam salutem. Math. 16. quidquid ligaueris super terrã erit ligatum, & in Cœlis, ergo, & spiritualem, & temporalē emergentem ex spirituali ad omnes casus pro recta, tutiori perfectiori directione, & correctione omniũ, quantum, & quomodo ordinatorum de sufficienti ad çternam salutem per media congruentia, ergo & contra aduersa, formidolosaq; prædictis, qualia sunt, & spiritualia mala, & plerumquè temporalia maximè potestatiua cap. 14. tit. 2. hu.

19. Eo ipso, quod Pastor institutus est perfectus à sapientissimo amantissimo potentissimo Domino pro summa rerum, qualis est via ad salutem æternam, & institutus potens dirigere, corrigere, Oues, Agnos, Arietes per media ad præfixum terminum, & potens maximè defendere à contrarijs infensis, formidolosis alias dempta vna ex his conditionibus

tionibus Pastor est insufficiens ex instituto, & defectu instituentis, nõ posset perfectè exequi quæ Pastoris sunt, quæ regiminis, & vitæ gregis sunt. B. Petrus, & per eum Successores Pontifices) fuit institutus à Saluatore amantissimo sapietissimo potentissimo Domino perfectus Pastor hominum per Euangelium, & attinentia ad vitam æternam. Ioan. vlt. Simon Ioannis dilligis me plus his? etiam domine, &c. Pasce oues meas, pasce agnos meos, hi autem sunt homines redempti vocati ordinati de sufficienti per legitima media ad vitam æternam. Igitur B. Petrus, suscepit à Deo potestatem sufficientem ad dirigendum, & corrigendum quoscumquè ordinabiles homines ad vitam æternam, & defendendum à contrarijs proposito.

120. Non sola anima, sed per animam corpus, & sensus, quibus cætera corporalia temporalia deseruiunt, ordinata sunt de sufficienti ad obseruantiam Diuinæ legis, & mandatorum eorum cap. 13. tit. 2. hu. quibus Deus vice sua Papam potestatem delegauit ad vitam ęternam, igitur potestas Pontificis est directiua, est directiua, & spiritualium, & temporalium hominum per obseruantiam Diuinæ legis, & attinentium ad vitam æternam.

21. Anima, & per animam corpus, & sensus hominis possunt deuiare, errare circa media ad finem æternum, ergo præallegata potestas Pontificis circa homines ad æternum, sicuti perfectissimi Pastoris ad gregem, debet esse potens corrigere & spiritualia, & temporalia hominum per congruentia media ad salutem æternam.

22. Contraria, auersa, formidolosa, periculosa viatoribus, vijsque ad salutem æternam ne dum quædam spiritualia esse queunt, vt hæreses Arij, &c. sed etiam possunt esse frequenter temporalia, maximè potestatiua sicut Saul Regis contra Dei mandata 1. Reg. cap. 13. C. cap. 15. A & per totum Salomonis contra religionem 3. Reg. cap. 11. A. cum sequentibus, & magis sicut Ieroboam, qui noua religione inducta & minis, & exemplo deuiabat populum a vero cultu Dei veri 3. Reg. cap. 12. F. G. cap. 13. A. Sicuti Achab Regis 3. Reg. 18. Sicuti Baltassaris Regis Chaldei Daniel 5. & Regis Antiochi 1. Macha. 1. ca. 2. & aliorum, & cap. 14. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio hu. &c. igitur sufficientia potestatis à Deo B. Petri ad ducatum redemptorum per legitima media ad vitam ęternam, sicuti perfectissimi Pastoris ad gregem, &c. exigit per coincidentiam instituti, instituentis, muneris, mediorum, finis, & potestatis a Deo delegatę, ad hæc, vt sit potestas congrua adoptata ad defendendum tales viatores, & vias ad illum finem à quibuscumquè malis spiritualibus, & etiam temporalibus, maximè potestatiuis, igitur potestas spiritualis pollens dilatabilis etiam in temporalem contra obnoxia temporalia illis vijs viatoribus sibi consignatis à Deo ad finem æternum.

23. Deus iussit B. Petro pro salute æterna hominum, mactare, occidere, manducare etiam alias vetita: Act. 10. A. B. igitur & quando alias B. Petro, & Successoribus non competeret potestas in temporalia: Vbi tamen hęc periculosa sunt, vel etiã nociua saluti ęternę animę & corporis hominis, eo ipso illicò Dei mãdato ei licet, & imperatum est à Deo surge Petre, occide, manduca serpentia terrę, volatilia Cœli, &c. & Hæreticos, & Dominos temporales offensores hominibus in materia salutis æternæ.

24. B. Petrus sola potestate Pontificia constans citauit, interrogauit, reos censuit Ananiam, & Zafiram de re temporali alias iuris eorum independenter a Petro, reddita tamen subdita eius potestati per offensionem ex temporali in spirituale, neque de quota pretij agri fraudata mendatio contra Spiritum Sanctum pro oblationibus, &c. Act. 5. A. B. & Reos conuictos de mendatio contra Spiritum Sanctum circa quotam pretij venditi agri, quę res temporales sunt, statim verbo, idest vi Diuina expressa verbo, eos interemit corporaliter temporaliter, igitur Pontifex Euangelicus habet à Deo potestatem spiritualem dilatabilem in temporalem ex causa quod per temporale offendatur spirituale,

25. Apostolus Paulus incestuosum tradidit in interitum corporis Sathanæ, aut poterat, & institerit tradere, ad Corint. 5. A. igitur potestas Apostolica temporalis dilatatur ad temporalem etiam ad necem corporum ex causa offensionis Diuinæ legis per temporale corporale, pro salute animæ æterna tutanda.

26. B. Paulus increpat (& increpando non errat, & increpatio ab Apostolo non errante non est de bono, vel indifferente, sed de malo) Corinthios, quia in causis cõtrouersis iter se fratres, idest Christianos, adibant Tribunalia iniquorũ, idest infideliũ, mandans hinc, à contrario sensu, & expresso vt iudicarentur à Iudicibus fidelibus 1. ad Corint. 6. A.B. igitur in Apostolo potestas legitima dispositiua super tẽporalib⁹.

27. Ibidem Apostolus denuntiat à maiori ad minus se habere potestatem iudicandi sæcularia, cum habeat potestatem (sanè à Deo, non ab homine, non ex compromisso) iudicandi Angelos apostatas, igitur à Deo non ab hominibus habet potestatem iudicandi sęcularia.

28. Si tu dicis per sęcularia intelligi Ecclesiasticos, ergo magis intelliguntur Laici homines, & polyticę potestates, nam hęc propriè sęcularia appellantur maximè cũ Saluator hęc nominet esse Cęsaris, qui erat Laicus Imperator, Ecclesiastica verò nominet Dei esse, quę sunt Cęsaris Cęsari, quę sunt Dei Deo, Math. 22. B. & in num. cap. 18. A. B. cum sequentibus Exod. 28. per totum explicatur satis Ecclesiasticos esse Sacros, & Dei, non sæcularium rerum.

29. Si tu accipis sæcularia, vt distinguuntur ab æterno, ergo & com-

comprehenduntur sub potestate Pauli à Deo iuditiali, nedum Ecclesiastici, sed etiam Laici omnes, subditi, & potestates polyticæ, Imperatores, Reges, & alij, nam hi omnes distinguuntur ab æterno, nam omnes mortales sunt.

Igitur recolligendo hæc contra Barclaium Gregorius 7. potestate legitima excommunicauit Henricum 2. vel 3. Imperatorem, & deposuit a Regno ob eius nefanda scelera registrata in illa sententia, & in relatione Platinæ de vita eius, & Innocentius 4. in Concilio Lugdunensi, potestate legitima à Deo excommunicauit, & deposuit valide Frider cum Imperatorem ob eius excessus relatos in sententia registrata cap. ad Apostolicæ de sententia, & re iudicata in 6. & cum sit maior Saluatoris sapientia discretiua omnium etiam ante aduectum quam humana cognitio, & præsumptio, & Deus præsciens errabilitatem hominum, elegerit tamen communicare ex latere suo potestatem B. Petro, & Successoribus regendi, corrigendi homines ad salutem æternam, & proteruos contrarios saluti æternæ, reycere, destruere pro conseruatione salutis æternæ; Hinc magis debemus animo, opinione, imo sententia firma ad hærere sententijs, & ictibus Apostolicę potestatis contra illos proteruos, quã clamoribus, & allegationibus siuè hominũ, siuè etiã Angelorũ si essent contra sententias, & ictus Diuinę potestatis Apostolicę Sedis exoneratos contra illos proteruos, hoc enim pacto Deo magis, quã humanę creaturę adheremus, quod & rationale, & euidens, & necessarium est cuicumq; homini, vero homini, non peruerso a debito, & lumine creaturę, & creaturæ rationalis.

Caput V.

Barclaius enititur probare contra Theologos non competere Potestatem Pontifici in Temporalibus indirectè.

Clausula directè, & indirectè de sui natura est clausula modalis de modo: Ideò sapienter non significat diuersitatem potestatum, vt polyticam, & spiritualem; sed in vna, eademquè specie potestatis puta tam polyticæ, quam spiritualis clausula directè, & indirectè versatur, v. g. potestas Pontificis vt dirigit Animas hominum ad æternam salutem per congruentia media, directè, & principaliter se habet, vt autem dirigit etiam corpus, & sensus hominum per animam ad eundem finem, indirectè obliquè, idest secundario, & per aliud principale dirigibile se habet. Iterum potestas Pontificis corrigit vtrumq; per aliud, & aliena occasione, idest occasione erroris creaturę per media ad illum finem, & ideo dicitur, quod indirectè se habet ad illud opus

opus. Amplius potestas Pontificis in se spiritualis dilatatur in temporalem, occasione offensionis, vel periculi offensionis a temporali contra vias, & viatores ad æternam salutem, & ita dicitur illa potestas spiritualis indirectè temporalis, & super temporalibus; Sicuti virtus Virgæ Moysi, & Aaron, & virtus Sampsonis erat spiritualis in se, sed dilatabilis in prodigia temporalia, & pænas temporales contra Regē, & Regnum Pharaonis, & cōtra Philisteos, occasione religionis offensę, vel impeditę ab eis per eorum temporalia bona, & temporalē potestatem, & ita nos cap. 2. 3. & 4. hu. responsi accepimus clausulam directè, & indirectè in materia potestatis Pontificis.

Verùm apud alios vsu fuit acceptum, vt clausula directè significet potestatem polyticam Pontificis Regum, & Regnorum, quæ dura videtur Principibus, & excitauit quandoquè ingentes motus, clausula verò indirectè significet potestatem Pontificis spiritualem per correctionem, & defensionem viarum, & viatorum ad æternum, carpentem temporalia auersa deuia ab illis, vel etiam offensiua, & periculosa illis: hoc ergo capite in specie Barclaius profitetur impugnare potestatem Pontificis indirectè eandem super temporalibus, ad quem finem aliquas probationes, vel potius propositiones improbatas adducit.

Ratio 1. Barclaij. Si hoc posset Pontifex, maior esset Deo, quia quam potestatem Deus confert Principibus, ipse Pontifex auferret ab illis.

2. Quia non cōstat de aliquo mandato Dei suo Vicario ad tale opus, quod mandatum requireretur, si ei esset concessa talis potestas, etc.

3. Nequè de verbo expresso, nequè de iure Diuino bollato Pontifici ad tale opus.

4. Et esse separatam potestatem temporalem, & spiritualem Pontificiam, quod repetit ex 10. & 2. argumento cap. 3. hu.

5. Et amplius, quia id quod directè fieri prohibetur, etiam indirectè fieri prohibetur, cum ergo Pontifex non habeat talem potestatem directè in temporalibus, sequitur, quod nequè indirectè conceditur talis potestas Pontificis in temporalibus.

Solutio. Ad 1. Ad 1. Est ridiculus ille contextus Barclaij, nam Deus confert vitā homini, febris tollit, dat vitam Latroni, Iudex tollit vitam Latroni; Igitur febris, Iudexquè Laicus est maior Deo? Insanis, non ergò Pontifex est maior Deo illud prestando, cùm illud efficiat participata accepta potestate à Deo, vti Vicarius eius Math. 16. Quidquid ligaueris, &c. & Ioan. vlt. Pasce agnos meos, pasce oues meas; Igitur corrige errantes, defende à contrarijs.

Conditionatum Imperiū à Deo supra cap. 3. post solution. ad 9. Præterquam quando Deus confert huic, & illi potestatem, non cōfert absolutè independenter à se, sed confert limitatè, conditionaliter, ad seruiendum Deo, obtemperandum mandatis suis, non ad transgrediendum Diuina mandata, ad rebellandum à Deo, & pugnandum cōtra

tra

tra eius Maiestatem, & potestatem, & honorem Leuit 26. C. 14. vsq; ad G. vt supra cap. 3. post solutionem ad 9. Deut. 17. D. vsquè ad finem Sam. 6. A. B. in num. 27. D. vsquè ad finē ad Rom. 13. B. 1. Reg. 13. C. D. cap. 15. A. & per totum 3. Reg. cap. 11. B. 12, cap. 12. E. 2. Paralip. 6. C. 16. 17. 3. Reg. 2. A. 9. cap. 8. e 25. fusè cap. 5. tit. 4. hu. & ideo Deus Reges priuauit Imperio, qui proiectis dictis conditionibus, oppositas introduxerunt, sicuti constat de Regibus extinctis per Iosue, & Gedeon lib. Iosue cap. 10. lib. Iud. cap. 7. de deiectione Saulis à Regno 1. Reg. 13. C. cap. 15. per totum scissione Regni Salomonis 3. Reg. 11. & cap. 12. interitu Ieroboam, & extirpatione domus Regię eius 3. Reg. 14. & cap. 15. G. & Regis Achab 4. Reg. 9. & cap. 10. & Nabuchodonosor, & Baldassaris Daniel 4. & cap. 5. & Antiochi 2. Machab. 9. 12. & Regum Israel 4. Reg. vlt. 2. Paralip. vlt. fusè hæc ostendimus cap. 2. post cap. 28. tit. 2. de Sacerd. & Imperio. Ideo cum Pontifex non priuet quempiā potestate ei collatā à Deo, quamdiu persistat in conditionibus, & limitationibus Diuini iuris, & collatæ potestatis à Deo, sed priuet occasione, quod talis eiecerit à se conditiones Diuini iuris collatæ potestatis, & nouas ei repugnantes induxerit, ideo in his Pontifex conformatur Diuinæ institutioni potestatum, & priuationi ab eo earū, & Diuinis gestis, ideo neq; vt maior Deo, neque vt contrarius Deo, vel Iuri Diuino potestatum Pontifex se habet, dum exercet potestatem in temporalibus, priuando hunc, vel illum potestate, ob abusus potestatis, & carentiam in subiectis conditionibus Diuini iuris, per opposita eis scelera.

Ad 2. Mandatum & verbum expressum.

Ad 2. Sapiens potens dominus eo ipso, quod dat potestatem agendi, dat etiam mandatum agendi per illud idem, quod dat potestatem agendi, non enim in vanum dat potestatem per media super mobilibus ad finem, nequè dando potestatem ad prædicta, suspendit per hoc, & prohibet actum, & executionem potestatis collatæ super mobilibus per media ad finem, cum ergo Deus dederit amplissimam potestatem B. Petro ligandi, & soluendi super terram, idest hominibus ordinatis per obseruantiam Diuinorum mandatorum ad vitam æternam, cum assecuratione approbationis in Cœlo agendorum, & actorum per eū in terra Math. 16. hinc per idem, per eandem collationem potestatis, & collatam potestatem eidem copulatiuè coincidenter dedit mandatum sufficiens ligandi, & soluendi super terram, super ordinabilibus ad æternum degentibus in terra, cum assecuratione confirmationis eorum de Cœlo, & hoc est mandatum, & si non vocale, est mandatū definitiuum substantiale, vt si quis dicat animal rationale, certè vocaliter non dicit hominem, sed substantialiter, & definitiuè dicit hominem. Dedit amplius mandatum Deus B. Petro super animabus, & corporibus, & sensibus hominum, & ita super spirituali, & tempora-

Mandatum substantiale

li

li hominis, quod vtrumque est ordinatum per Euangelium ad Deum; dum dixit Ioan. vlt. Pasce agnos meos, pasce oues meas, idest homines instruendo, dirigendo, corrigendo per hæc mortalia ad vitam æternam, & coincidenter mandauit Deus ei, vt defendat à contrarijs, & periculosis vias, viatores ad æternam vitam, nam instituit Deus tunc illum Pastorem perfectissimum ad omnia pro prædictis; Periculosa autem, & damnosa vijs, & viatoribus ad æternam vitam possunt quidem esse mala spiritualia, sed etiam frequenter mala temporalia maximè potestatiua sunt, sicut Reges Saul, Ieroboam, Achab, Baasa, Manasses, Sedecias, &c. ideoque eo ipso, quod Saluator dixit B. Petro. Pasce agnos meos, pasce oues meas, coincidenter mandauit, dirige, corrige spiritualia, & temporalia ad Deum, & defende a malis spiritualibus, & temporalibus obstantibus aduersis periculosis vias, & viatores ad æternum, non enim Deus potuit, aut debuit in grauissima re super omnia creata, qualis est salus æterna, mandare, non conferre vim, aut mandare, & conferre vim insufficientem B. Petro pro ducatu illo ad æternum, & defensione à contrarijs. Cuius habemus figuram conquadratam in Moyse, & Aaron. Vterque erat Ecclesiasticus, cum esset ex Patre, & Matre, Leui. Exod. 2. A. cap. 4. C. 14. his Deus dedit in mandatis, vt denuntiarent populo liberationem a iugo Pharaonis, & ducatu ad sacrificādum ad Terram promissionis Exod. 6. B. 13. locutus est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mandatum ad Filios Israel, & ad Pharaonem Regem Aegipti, vt educerent Filios Israel de Terra Aegipti, & eod. cap. D. 26. at quia præuidebat Deus huic vocationi, liberationi, Ducatui Israel ad designatum finē obstiturum Regem Pharaonis, & Aegiptum potestate, & robore temporali Imperij, Deus vtrisque scilicet Moysi, & Aaron dedit Virgam ex interiori vi Diuinæ dominationis temporalis contra temporalia Aegipti, & Regis, contra potestatem Regis, bona, subditos, & Regnum puniendi, flagellandi, vastandi Regē, & Regnum obstitura vijs, & viatoribus illis ad finem, & ita exercuerunt Aaron, & Moyses dominationem in temporalibus contra Regem, & Regna, affligendo, vastando, necando in Mari rubro, pro defensione, & liberatione illorum viatorum ad finem à Rege, & Regno obstante Exod. cap. 6. vsque ad cap. 15. & tale mandatum, & potentiam dominationis temporalis contra Reges, & gentes impensas illis viatoribus duplicauit Deus Iosue, Gedeoni, qui tot Reges, & Regna obtriuerunt pro ducatu, & defensione populi Dei ad Terram promissionis, lib. Iosue, & lib. Iudicum cap. 7. cum sequentibus.

Mandatum verbum substantiale.

Quanto ergo magis Deus humanatus pro vijs, & viatoribus non ad Terram promissionis, sed ad Regna super Cœlestia, ad quæ vocantur, & animæ, & corpora, & census hominum, quæ sunt temporalia prin-

principalia continentia, cætera temporalia, dedit & mandatum, & in mandato potestatem spiritualem in se sufficientem B. Petro, & per eum Successoribus eius dirigendi, & corrigendi spirituale, & temporale eorum ad æternum, dilatabilem in temporalem prædominationē contra temporalia obstātia, obstitura, auersa prędictis vijs, & viatoribus ad illud ęternum, nam quę significata fuere in vmbris, & figuris de Ecclesiasticis, & viatoribus, & vijs ad finē veteris Testamenti cōpleta sunt, & aucta in Euangelicis potestatibus per directionē, & correctionem, & defensionē à contrarijs viarum, & viatorū ad ęternam vitam. Mat. 5. B. 17. 1. ad Corin 10. C. ad Heb. 9. G. 23. sup. ca. 26. tit. 2. hu.

Mandatum autem minutum singulare fit Procuratori priuato ad vnam solam, vel alteram rem, sed quando mandatum est à potentissimo pro regimine totius Orbis, non particularizatur ad omne singulare; sed fit generale ad administrandam iustitiam subditis, regendum, conseruandum Maiestati benè subditos, & defendendum ab hostibus. Sic ergo Saluator instituit B. Petrum sui Vicarium, & dedit ei mandatum non ad vnam minutam rem, sed ad totum Mundum, pro via, & medijs, & regimine omnium, & quo ad animas, & quo ad corpora, & sensus ad Deum, vitamquè sempiternam. Math. in fine. Lucas in fine. Ioannes in fine, & propterea sufficit dare eidem potestatem generalem, & mandatum generale B. Petro pro ducatu, & correctione viatorum ad Deum, & pro defensione viatorum, & viarum ad illud ęternum a quibuscumquè hostibus siuè spiritualibus, siuè temporalibus contra vias viatoresquè ad illud æternum de qua materia habetur supra cap. 3. ad 11. contrarium, & cap. 4. post solutionem ad 6. contrarium, & in argumentis ibi adductis à nobis, & fusè cap. 17. 7. 8. tit. 1. cap. 19. 13. 14. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Ad 3. de verbo expresso definitiuo constat solutione ad 2. hu. 5. ca. & supra cap. 3. ad. 11. & cap. 4. post solutionem ad 6. *Ad 3.*

Ad 4. responsum est cap. 2. hu. responsi, vbi ostenditur subordinatio eius sub Ecclesiastica potestate & cap. 3. ad 10. *Ad 4.*

Dicatur amplius, nos non ponimus hanc potestatem Pontificis super temporalibus in se esse polyticam temporalem, sed esse spiritualē dilatabilē tamen in tēporalem pro defensione viarum, & viatorum ad æternum ab ostibus tēporalibus, & pro correctione deuior à tali via, & termino per abusum temporalium. Vbi autem hostilitas, & deuiatio est spiritualis, sola potestas spiritualis in suo primo Throno residēs Pontificis sufficit. Exemplum est virtus Virgæ Aaron, & Moyses vtiquè erat spiritualis in se, sed occasione, quod temporalia scilicet Rex, & Regnum Aegipti temporaliter obstabant illis viatoribus, & vijs, & ducibus eorum, illorum Virga ex interiori vi spirituali, mirandum in modum dilatabatur, erumpebat in pænas, & vastationes tempora-

les Regis, & Regni Aegiptiorum temporaliter obstantium illis viatoribus de Aegipto ad Terram promissionis.

Ad 5. Si sumatur, vt nos sumpsimus illam clausulam directè, & indirectè modaliter, vt in principio hu. 5. cap. Sic dicimus prohibitionem directè de absoluto, esse quoquè prohibitionem de indirecto, at quando, saluo absoluto, prohibitio directa est de modo, alter modus est admissus v. g. prohibetur à Principe absolutè delatio armorum: hinc, & directè, & indirectè est prohibitio, prohibetur verò solum delatio armorum in Vrbe, non est prohibitio extra Vrbem. Modò absolutè est probatum, solutis contrarijs competere à Deo Pontificibus potestatẽ spiritualem dilatabilem etiam in temporalem pro directione, correctione, & defensione à contrarijs viarum, & viatorum ad æternam vitam, propterea dato quod directè ei non competeret potestas in temporalibus, competit tamen indirectè.

Dicatur amplius, & directè competit potestas in temporalibus Papæ prout potestas sumitur, non quidem polytica temporalis, sed spiritualis dilatabilis in temporalem pro directione, correctione, defensione à contrarijs viarum, & viatorum ad æternum prout cap. 4. & 3. & 2. hu. responsi fusè est probatum. & cap. 23. tit. 2. de Sac. & Imp.

Dicatur tertio. Si sumatur illa clausula, directè, & indirectè ad significandum distinctum ordinem potestatum differentium, puta polyticam temporalem, & spiritualem Pontificis, tali casu negatur illatio de negato directè, ad negandum indirectè, quia potestas spiritualis dilatabilis in temporalem est superior illa polytica, & non dependet ab ea, nequè illatio valet connexionis à differenti ad differens, sed à simili ad simile, per differentiam enim vnum differt, & remouetur ab altero differente, non autem consimulatur.

Cap. VI. VII. VIII.

Barclaius cap. 6. 7. 8. contendit probare ex longa carentia actus in Pontificibus talis Potestatis in Temporalibus indicari talem ei non competere potestatem.

Barclaij ratio 1. BArclaius per prophanas Hystorias, & plerumquè schismaticorum probare putat Pontifici non competere talem potestatem in tẽporalibus assertam à Theologis, quia longis sæculis nullatenus talem potestatem exercuerunt, & ita per carentiam longam talis actus reflectit significationem, quod Pontifices non habuerunt talẽ potestatẽ.

Solutio. Verum est vana ista ratio, ad ataismũ ducens, & in legalibus æquiuoca

noca, & Euangelio repugnans, dicet enim Philosophus, quod actus benè dependent a facultate, sed non facultas ab actibus, ideo ex carentia actuum non denotari carentiam facultatis;quamuis benè ex carentia facultatis denotetur, & inferatur carentia actus. Si hoc valeret quod dicit in consulto Barclaius, negaretur in Deo potentia, & iustitia, cum per plurima tempora oculis mortalium non apparuerit actus Diuinæ vltionis per plurima tempora contra proteruos,quanto tempore stetit Deus sustinens homines, qui corruperant omnem viam carnis? Genes. 6. & 19. nusquam per sæcula connexa plurima apparuit illis Diuinum fulmen, vnda aquæ submergens? numquid ergo per hanc carentiam actus, negabatur in Deo Diuina cognitio, & iustitia delictorum? absit, igitur modus argumenti Barclaij cum vergat ad negandam Diuinam cognitionem, & iustitiam, est diabolicus caliginās ipsum auctorem,non Pontificis potestatē in temporalibus exantiquās.

Paulus 1. ad Corint. 9. B. 12. dicit sanè se abstinere à potestate in temporalibus, non defectu potestatis, sed ex patientia, & prudentia potestatis. Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestrę participes sunt,quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi non igitur ex illa carentia actus redarguitur defectus potestatis,sed placitum,& consilium habentis potestatem. Deus per Sacerdotes in lege seminabat spiritualia Regibus, & populo, ac ex hoc dedit Sacerdotali ordini, & supremo Sacerdoti potestatem in temporalibus, exigendi scilicet decimas omnium ab omnibus laicis, & decima est verè tributum, cum sit quota fructuum agrorum, acquisitorum etiam industria, & bello,& pecudum, sic erat illa antiqua decimatio Deut. 18. A. in num. 18. per totum supra cap. 12. tit. 3.

Paulus intonuit 1. ad Corint. 6. A se iudicaturum Angelos quanto magis sæcularia. Atquiego dixi ex te Barclaij. Paule caruisti,a condito Mundo vsquè ad præsens,tali actu iuditij Angelorum; Igitur perdidisti, vel nūquam habuisti potestatem à Deo iudicandi eos, & hinc neque iudicandi sæcularia? Sententia Pauli est infallibilis, ideo potestas eius perpetuatur à Deo iudicandi, & Angelos, & sæcularia, neq; ex longa incomparabili dilatione, & carentia actus talis iuditij,negatur in eo illa potestas, quam certè cum habeat, habet a Deo, non ab homine, qui non potest habere ex se, vel dare alteri potestatem iudicandi Angelos.

Et quamuis in terrenis rebus, & mortalibus actionibus inducatur præiuditium temporis, præscriptione, attamen non currit tempus, vel præscriptio contra illam potestatem, quæ est spiritualis in se, & si dilatabilis in temporalem, quæ primo distenditur super mobilibus

immortalibus ad vitam sempiternam, qualis est potestas Pontificis in se spiritualis super animabus immortalibus hominum ad æternam vitam super Cœlestem, dilatabilis verò in temporalem, quo ad corpora, & sensus dirigibilia per animam ad eternum per correctionem eorum ad illud, & per defensionem viatorum, & viarum ad Deum perueniendum à temporalibus contrarijs, cum tempus sit sub spirituali, & æterno, eisquè deseruiat, non in ea peruehat suas corruptiones.

Præterquam Deus stabiliuit, & firmauit talem potestatem Apostolicam spiritualem primo dilatabilem in temporalem per directionem, correctionem, & defensionem ad æternum, sua vice Angeli custodis, assistentia continua singulis diebus vsquè ad consumationem sæculi. Math. in fine referente Saluatorem Ascensurum in Cœlum, vltima verba protulisse Apostolis; & ecce vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationem sæculi; quæ Diuina assistentia tota non est euacuata, & præscripta ad eorum vitam, cum non durabunt vsquè ad cõsumationem sæculi, quia iam mortui sunt, & proinde intelligitur de eis transmissa promissio ad Successores in potestate; nequè illa verba Saluatoris possunt restringi ad mansionem in Cœlo; nam tunc promissio Dei non esset verificata in terris, omnibus diebus vitę eorum, & Successorum, cum dicat vsquè ad consumationem sæculi præterquam in Cœlis non adest assistentia Saluatoris, quę intelligitur operãtibus, operaturis perturbandis: cũ in Cœlis sit finis operis, ęterna requies, securitas sinè hoste, tranquilitas sinè aduersitate, Beatitudo immẽsa sinè deficientia, non currit ergo præscriptio vlla contra prædictam Apostolicam potestatem; ideo male, incongrue, & ignauissime Barclaij somniasti illam raciocinationem, Pontificibus non conpetere illam potestatem in temporalibus per hoc, quod per multa tempora (quod tamen nec probasti, sed ositasti, & verborum implicamentis sine re obtulisti) non exercuerunt plures Pontifices talem potestatẽ in tẽporal.

Cap. IX.

Barclaius regreditur ad cap. 4. carpendo de inualiditate sententiam Gregorij 7. contra Henricum 3. Imperatorem ex eo quod similes depositiones Principum non possunt fieri sine graui damno populi.

BArclaius digrediens à proposito suo primo, & repetendo quæ dixerat cap. 4. ratione 4. & 5. contra sententiam excommunicationis, & depositionis à Regno latam a Gregorio 7. contra Henricũ 3. Impe-

Imperatorem, quod scilicet fuerit sententia iniusta, & nulla, & nos ibi responso ad 4. & 5. demõstrauimus fuisse iustam validam, salutarem, approbatam à prioribus Concilijs, & tandem a Concilio Tridẽtino, & ab ipso Euangelio, & Actis Apostolorum. Hic iterum dicit illam sententiam fuisse iniustam, & nullam contra dictum Imperatorem sub isto generali Themate. *Barclaij prima ratio.*

Quod similes priuationes Principum non possunt fieri, sine graui perturbatione, scandalo, & incommodo populi, adducens exorta bella inter Saxones, & Henricum, & effusum cruorem Saxonum ex simili causa; Papamq; nisi mestas tragedias excitasse, tandemquè Henricum retinuisse Imperium, & triumphatorem processisse, & Gregorium fugisse, & defecisse vita prę angustijs, adyciens mẽdatia ex Hystoricis excommunicatis ab eodem Papa propter hostilitatem eorum contra Ecclesiam Dei, & Schisma, & adhærentiam excommunicato Imperatori, vt potest videri apud Platinam de vita Gregorij 7. *Barclaij ratio prima.*

Fuisse illam sententiam Christianæ Reipublicæ insalutarem, non opportunam, quod non probat ratione, sed a tristi euentu, & successu per Hystorias prophanas, vt dictum est in prima ratione eius. *2. ratio.*

Non debuit fulminari illa sententia, quia tantus numerus hominum cõfluxerat in scelus Imperatoris, ne cum zizanijs eradicaretur illa multitudo, allegando B. Augustinum lib. 3. contra Epistolam Parmeniani cap. 2. & 23. q. 4. can. non potest, non potest esse salubris correptio, nisi cum ille corrigitur non habeat sociam multitudinem, & ex Math. 13. dicentem dominum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. *3. ratio.*

Verè ostendis Barclaij te proiectum esse a facie Diuinæ lucis, & nisi palpabiles tenebras cum Aegiptijs tractare; Nam primo proponis te velle probare nullam fuisse illam sententiam Gregorij 7. contra Henricum 3. Imperatorem, & medium tenes, quod nulla ratione tangit iniustitiam, & nullitatem sententiæ, sed ad summum tangeret inutilitatem, & importunitamem, & imprudentiam sententiæ. Imo sumis medium quod neque insalubritatem sententiæ de se probat, nam sumis perturbationem, & damna Reypublicæ nata pro tali sententia; Atqui hoc non probat sententiæ insalutarem rationem, vel nullitatẽ, vt responso ad quintum cap. 4. hu. responsi, & cap. 43. tit. 2. & cap. 28. tit. 4. de Sacerd. & Imp. nostri operis, nam damna, & perturbationes Reipublicæ possunt oriri passiuè merè ex parte sententiæ Põtificum, actiuè verò ex prauitate Principis excommunicati, & depositi, & adhærentis populi, qui vice correctionis, & pænitentiæ aguntur in rabiem, & furorẽ, tanquam ferę, sauciatæ, aut dæmones malo adhęrentes, sicuti de seditione Principum, & populi contra Moysen, & Aaron, & actis malis cum ingenti vastatione populi, & Principum ob talem populi, & Principum inobedientiam, & tumultus in num. 16. *Solutio ad 1*

Aliud

Aliud eſt ergo ſententiæ iniquitas, aut nullitas, aliud inſalubritas. Iniuſtitia, & nullitas ſententiæ illa eſt, quæ caret iure poteſtatis, materia Rei peccante, quæ non eſt iuxta terminos iuſtitiæ, inſalubritas verò illa eſt quæ non iuuat, & non prodeſt alteri ob indiſpoſitionē recipientis, & ſi per ſe ſit ſalutaris, ſiuè quæ abſolute eſt improportionata. Sententiæ omnes quamuis iuſtæ, Reis ſemper ſunt inſalutares, & inſalubritas. Malis eſt ſalubritas bonis. Medicina inſalubris huic ob nimias eius indiſpoſitiones, & deordinationes, ac intemperamenta, alteri erit ſalubris ob temperiem eius, & materiam peccantem cedentem; quando ægrotus ſumpta medicina ab habente Diuinum lumen, & Diuinam Charitatem ſicuti Pontifex, cadit in urorem, & moritur, non eſt defectus medicinæ, ſed defectus materiæ nimiæ peccantis ægroti. Ideo ex inſalubritate ſententiæ nunquam fit reincidentia iniuſtitiæ, & nullitatis ſententiæ, & propterea Barclaius ex non probantibus putauit probare iniuſtitiam, & nullitatem ſententiæ Gregorij 7. præterquam eiuſdem ſententiæ ſanctitatem, & validitatem, ſupra cap. 4. reſponſo ad 4. & 5. probauimus, quia ſcilicet Imperator contra ius Diuinum etiam a Concilio Tridentino expreſſum poſtea ſeſſ. 25. de ref. cap. cupiens, & cap. ſi quem Clericorum ſeſſ. 22. de ref. occupabat bona Eccleſiaſtica, & diſtribuebat, ſecundò quia ſimoniaca labe hoc præſtabat, 3. quia interdixit populis ne obedirent Gregorio 7. vero legitimo Vicario Dei, quod de directo eſt hoſtile rebelle Saluatori, qui eum inſtituit in perſona B. Petri vice ſua, & iuſſit cunctis de ſuo grege ei obedientiam ſicuti ſibi Deo. Math. 16. Quidquid, &c. Ioan. vlt. Paſce agnos meos, &c. & Lucas 10. C. 16. qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, ob quod ſcelus Deus minitatus eſt maius ſupplicium ſimilibus proteruis, quam ſit executum contra Sodoman, & Gomorram Math. 10. B. 14. ideo contra tantum impium per ſua ſcelera iam à Deo ſegregatum erat neceſſaria viſibilis ſententia excommunicationis, & depoſitionis per Papam, ne cæteri homines exemplo eius ruerent à Deo in præceps cum eo ad damnationem æternam, & vt ipſe impius daret, & ſolueret iuſtitiæ in hoc Mundo aliquas pœnas ſenſibiles ſupra cap. 2. poſt 28. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Ad 2. Ob perturbationes populi, & clades non ſequitur ſententiam latam fuiſſe inſalutarem, cum & perturbatio, & calamitas nata fuerit non ex defectu ſententiæ, ſed ex ſuperbia, & peruerſitate Rei, & adhærētiū, nam tumultuarunt Principes, & populi contra Moyſen, & Aarō, propter quod Deus, & Princeps, & millia populorum conſumpſit in num. 16. & tamen illa caſtigatio fuit ſalutaris reſiduo populi, & poſteris, & cæteris Principibus ad coercendos in timore, & honore erga poteſtates à Deo electus. Sicuti hic ſalutaris populo, quamuis perturbatiua

turbatiua illa iussio à Deo Moysi tolle cunctos Principes populi, & suspende eos in patibulis contra solem, vt auertatur furor meus ab Israel, ecce salus populi ex suspendio Principum, quia fornicati fuere cum filiabus Moab in num. 25. A. depositio sententialis visibilis per Samuelem Regis Saul à Regno fuit turbulentissima, & mestissima infausta Dauid electo à Deo in Regem; Vniuersi Sacerdotes trucidati fuere à Rege Saul, & vniuersum Regnum commotum furore Regis 1. Reg. cap. 15. cap. 16. cap. 22. Attamen proportionato tempore à Deo fuit salutaris populo, & Regno, quanto magis profuit Regno Rex Dauid, quam Rex Saul, grãdis perturbatio, & cõuulsio Regni Salomonis, rebellatio de duodecim decem partium Regni, & adhæsio seruo, scilicet Ieroboam, vice Roboam Regis hæredis filij Salomonis? attamen fuit iusta, & salutaris ob scelera Salomonis, & ad exemplum cæterorum Regum 3. Reg. cap. 11. & cap 12. magna calamitas, & conuulsio Regni Chaldeorum, Regem Nabucodonosor eiectum è solio ad bestias? salutaris tamen fuit sententia, quia recognouit Deum Cœli, & palpatus est à tumore superbiæ suæ Daniel 4. E. F. G. sic ergo sententia Gregorij 7. contra Henricum 3. Imperat. salutaris fuit & Imperatoribus, & populis proportionato tempore, nam & Imperator agnoscens sua errata supplex nudis pedibus, frigescentibus gelu cunctis rebus, iterato solus, relicto ingenti exercitu, petijt Canossum, supplicauit à Gregorio remissionem, & post denegatam tandem obtinuit, vt refert Platina de vita Gregorij 7. præterquã ex tunc nullus Imperatorum amplius occupauit distribuit bona amplissima Ecclesiastica simoniacum lucrum induxit, exegitquè sicuti fecit Henricus ille, sed demisit quæ sunt Dei esse Deo, à Ministris Ecclesiasticis disponenda, & si Fridericus Imperator prolapsus sit, & ipse fuit excommunicatus, & depositus à Concilio Lugdunensi acclamante, & Innocentio 4. sententiante, vt refert Platina in vita Innocentij 4. & supra citauimus cap. ad Apostolicę de sententia, & re iud. in 6. Nequè amplius Imperatores ausu temerario erumpunt impedire fidelibus Christi obedientiam erga Papam Dei Vicarium, sicuti illi ausu diabolico conati sunt, impedientes vltrò conuersionem Saracenorum ad fidem, Ecclesias solo æquantes, Cardinales capientes, Concilia impedientes, sicuti fecit sæpius Rabies illorum Imperatorum. Salutaris igitur fuit illa sententia Greg. 7. cõtra Henricum 3. Imper. suo loco, & tempore difusissimo post plures annos vsq; ad nos.

Præterquam alia est salus corporis, altera animæ, altera vtriusquè, altera vno tempore, altera alio tempore, vnum est, quod illa sententia ex sui natura fuit salutaris animabus, etiam corporibus suscipientibus dispositorie talem medicinam, si verò huic, vel illi non profuit, fuit ex peruersitate eorum, non ex iniquitate sententiæ.

Illæ

Illæ autem tragediæ bellorum, & cruoris effusi, iam aderant ante sententiam, licet post sententiam durauerint inter Saxones, & Henricum, nec talis fuit triumphus Henrici iactatus, sed ignominiosa indigna luce fuga, quãdo in vltima congressione Rudulphus fuderit acies Henrici, victor campi extiterit, licet vulnere suscepto in ipsis obortis triumphis decesserit: Vbi è contra Henricus profugus tanquam Caim pertimescens vmbras, & foliorum motus, decem, & septem dies delituit tamquam lepus prorsus abscond tus oculis mortalium, ita vt cum crederetur mortuus, electores Elegerint Successorem Imperij. Hæc Platina de vita Gregorij 7. Iterumquè Henricus, aduersa Dei ira, militans cum Saxonibus, ab eis quatuor mill a pugnatorum suorum ob trũcata collachrimatus est Platina in vita Victoris 3. Successoris Gregorij 7.

Nequè est verum, hominum multitudinem confluxisse in scelere Henrici: Imo delicta ob quæ fuit excommunicatus, & deiectus a Regno, ei fuerunt singularia, non communia cæteris, puta occupatio bonorum Ecclesiasticorum, Episcopatuum, collatio simoniaca labe eorum, inhibitio cunctis ne obedirent Gregorio 7. subrogatio Antipapæ in locum Gregorij 7. hæc Platina de vita Greg. 7. præter sententiam Gregorij ibi verbaliter expressam, quæ continet delicta propria eius, non communia multitudini, ideo non est ad rem propositi præsentis, quod postea Barclaius inducit ex B. Augustino & 23. q. 4. can. non potest præcitato.

Nequè Saluator prohibuit Apostolis extirpare zizania de medio tritici; Imo tot Concilia extirparunt zizaniam, vt Nicenum, Romanum, Tridentinum, Hæreseorum, & certum est, quod Saluator in legitimis Concilijs adest approbans, exaudiens Math. 18. C. sed dedit consilium temporis opportuni, cum dicat, finite, quæ est clausula dilatoria, & ex Concilio, vt quando zizanium non est maturum, notum apparens, sed virescẽs conceptum fimile tritico, non existimatum, non patefactum, tunc finatur cresci vsquè ad maturitatem, ad notorietatem, quo maturato mandat messoribus suis, qui & Angeli, & Apostoli sunt, & Successores, de quibus dixit, Messis quidem multa, operarij vero pauci, &c. vt succidant, & separent zizania à tritico, Imo Deus absolutè damnat Pastorem Mercenarium, qui relinquit oues expositas faucibus Luporum, & fugit, non instituit autem Deus B. Petrum, & Successores vt Mercenarios, sed vt proprios, igitur vt occurrant Lupis, Leonibus, cæterisquè infensis gregi, arcendo, repercutiendo, mactando, hæc enim sunt remedia saluandi gregem à Lupis, & Leonibus, quin imo Deus in Testamento veteri iussit fidelibus potestatibus, & populis extirpare zizania Hæreticorum, Apostatarum, & cæterorum Religioni insidiatorum, & laudauit auxit suos

seruos

seruos extirpantes ea, lege Exod. 32. F. 27. 29. vsquè ad num. 30. in num. 25. A. B. C. & D. in fine, cap. 31. A. locutus est Dominus ad Moysen dicens Vlciscere prius, &c. cum sequentibus B. C. cap. 33. F. 51. G. vsquè ad finem cap. 3. Deut. cap. 7. A. B. cap. 12. A. 2. ca. 13. per totum cap. 20. D. 17. 18. lib. iudicum 2. A. cap. 5. addito post 28. cap. 1. addito post 30. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio operis nostri.

Propterea cum scelera Henrici 3. Imperatoris essent iam matura conspicua, publica nociua, & esset euasus Lupus, & Vrsus, & Leo ad perniciem ęternam subditorum, fuit tempus succidendi hoc zizanium per Gregorium 7. Sol affulsit Dinini moniti, vt euaginaret gladium, exoneraret fulmen excommunicationis, & priuationis eius à Regnō contra dictum Henricum, tanquam de Ministro alias Dei super populo suo euasum in monstrum Lupare, Leoninum, Vrsatium contra fideles, & fidelium Pastorem vniuersalem institutum à Deo; Simon Ioannis pasce agnos meos, &c. Ioan. vlt.

Quam sententiam Gregorij 7. quam interpretationem extirpandi zizania maturata, publica, nociua B. Elias iam suo exemplo præmonstrauit, dum illos quingentos Sacerdotes institutos à Rege Achab cōtra Diuinam religionem, iam effectos publicos Apostatas, seducentes homines à vera religione, publicè peccantes in Deum, non sinuit, sed post sacrificium comprehensos interfecit ad crepedinem Torrentis Cison. 3. Reg. 28. G. 41.

Et Matathias vtiquè Summus Sacerdos cum vidisset mandata Regis, Antiochi vrgere contra Religionem, non patiens ingemuit, sed tanquam Leo exilijt, ministrum Regis obtruncat, ad arma conuolat cum filijs suis, bellat, vincit Acies Antiochi Regis, & reuehit vndiquè faustos Triunphos, sic Deo auxiliante, & benedicente 1. Machab. ca. 1. versus finem, & cap. 2. A. B. cum sequentibus vide ergo, quod & quando liceat supremo Sacerdoti mittere falcem in zizania, & succidere, & euellere de medio fidelium.

Cap. X.

Barclaius ex dictis Othonis Frigensis iterum latrat contra sententiam Gregorij 7.

QVia nos non sumpsimus pro auctoritate Othonem Frigensem, nequè est auctoritas Diuina, nequè Sancti Patris, ideo non incumbimus respondere his, quæ Barclaius etiam malè congessit ex eo, præterquam satis cap. 9. & cap. 4. ad 4. & 5. satis fugauimus hæc Barclaij fumātia liuore verba. Solùm in hoc capite 10. retenamus ex Bar-

claio quod dicit Deum, & Apostolos, & B. Virginem non exaudisse preces illius sententiæ Gregorij 7. contra Henricum 3. Imperatoré. Imo exaudiuit vt potest videri ex Platina de vita istius Pontificis, nam postquam Henricus fuit excommunicatus, & depositus a Regno supplex venit ad Pontificem Canosso demorantem, ibiquè nudis pedibus solus frequenti clamore absolutionem petijt; tandem obtinuit, & iurauit se tempe raturũ a sceleribus pro quibus fuit excommunicat us, & quia relapsus est, & iterum excõmunicatus, & depositus electores indignatione tantę defectionis permoti alium in Imperatorem scilicet Rudulphum suffecerunt; cum quo facta armorum congressione Henricus tanta ignominia fuit a Deo Beatis Apostolis confusus, & signatus tamquam Caim, vt amisso exercitu fugerit, & in fuga lat tauerit decem, & septem dies etiam motum venti, pertimescens, intantũ vt electores credentes translatum corpore, & anima, Henricum 4. eius Filium in Imperatorem elegerint, qui postea bella, calamitates, & necem seruitutem tandem Patri intulit, vt regnaret, cum vere fuisset loco Patris electus in Imperatorem.

Præterquam dato, et non concesso, tunc statim visibiliter, preces sententiæ Gregorij 7. contra Henricum non fuisse exauditas, exauditæ tamen fuere inuisibiliter, quo ad fulmen in animam Henrici, & quo ad bona spiritualia æterna, quibus per sententiam fuerat priuatus Henricus, promittente Deo, cuius promissum non potest fallere, nequè falli, & est certius quocumquè sensibili, quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis. Math. 16. & propterea si oculis intellectus, non sensus, si adhærentia fidei procedatis, videbitis, & certè scietis Henricum 3. Imperatorem iuxta vota sententiæ Gregorij 7. fuisse à Deo percussum conculcatum, spoliatumquè omni honore, Regno, & bono sicut Rex Saul licet sensibus ad pauca, & obscurè percipientibus, nihilquè de æternis videatur Henricum iuxta sententiam Gregorij 7. non fuisse à Deo punitum, credere enim magis debemus Euangelico promisso quam sensibus deprauatorum hominum.

Præterquam iam diximus, ad 5. ca. 4. hu. non eximi Henricum ab ira Omnipotentis, si postea diu prosperatus fuisset, nequè calumniari de inualiditate sententiam Gregorij 7. si iste postea infelix fuerit sensibus, nam, & sententia depositionis à Regno Regis Saul fuit Sancta, valida, vt potè a Deo, & tamen Samuel pronuntiator recessit, Saul perseuerauit in Regno Tyranus tamen post sententiam priuationis latam; Dauid vere electus in eius locum fugit, periclitatur, 1. Reg. 15. cum sequentibus. Sic Elias fugit, & quasi moritur præ lassitudine, ex eo quia zelatus fuerat Domum Dei occidendo illos quingentos Sacerdotes Balaam 3. Reg. 28. cum. 29. & tamen erat forsitan iniusta, iniqua illa actio Samuel contra Regem Saul? Eliæ contra Regem Achab

Achab, & Apostatas? nullo modo; proinde Barclaij contine spumantis oris latratus, & liuorem contra sententiam Gregorij 7. latam contra Henricum 3. Imperatorem, &c.

Cap. XI.

Barclaius digreditur ad Clementem 8. & ex Laudibus eius parat calumniam contra Iulium secundum.

NON est cur respondeamus huic verboso cum digrediatur, à proposito, & solum latret, nequè debemus furentis hominis eiulatus prosequi, vel existimare.

Cap XII.

Barclaius cap. 12. repetendo contendit probare Pontifici nullam competere potestatem à Deo in temporalibus.

TOta antiquitas Christiana semper censuit Reges solo Deo minores esse. *Barclaij ratio 1.*

2. Confirmat idem per cap. peruenerabilem. Qui filij sint legitimi.

3. Adijciens, quod clausula directè, & indirectè inuenta à iuristis,& Theologis sit solũ adiuentiones ad captandam auram allegatæ potestatis Pontificis in temporalibus, non autem esse modum applicationis prædictæ potestatis.

4. Probat principalem conclusionẽ ducendo ad inconueniens,ex illa enim data potestate Pontificis in temporalibus, sequeretur Reges esse vassalos, & Clientes Papæ, & precario regnantes.

5. Nequè constare iure Diuino, nequè traditione, verbo, vel mandato de tali potestate, quod desumitur ex argumento 2. 3. cap. 5. hu. & supra.

6. Quia per Sacras literas Regum dominatio, commendatur,vt per me Reges regnant. Data est vobis potestas à Domino,& virtus ab altissimo cor Regis in manu Domini, dabo illis Regem in furore meo, Time filij mi Regem, &c. Regem honorificate.

7. Non constare de tali potestate aliquo verbo Dei expresso, nequè de ea mentionẽ fecisse antiquam Ecclesiam,& Patres, quod desumitur ex cap. 5. argum. 2. & 3. & 11. cap. 3. hu. responsi.

Barclaius in præsenti cap. cum repetat solum rationes ab eo supra adductas, & à nobis dissolutas, ne cadamus in notam repetionis bre-

tibus verbis dissoluemus, remittentes lectores ad superiora responsa, vbi hæc eadem argumenta Barclaij adducta fuere.

Solutio ad 1. Ad primum ergo, quod est finis totius cap. 2. Barclaij hu. operis. Dicamus Reges secundum regimen polyticum hominum subiectorū, per terrena bona, ad terrenam tranquillitatem in hoc deseruiendo Deo participato his mortalibus inferiori conditione, non excedendo tales limites, non habere superiores in eo ordine, transeat; sed prout Diuina miseratione etiam temporalia præter spiritualia hominum auocata sunt per legem ad Deum, ad vitam æternam; Sic Reges sunt inferiores, & subditi Pontifici tali ordinatione, cum Deus dederit potestatem vti propriam Pontifici in his, quæ ad Deum pertinent, non Regi, vel alio Laico Principi in num. 17. & cap. 18. Math. 16. C. quidquid ligaueris, Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, &c. Ioan. vlt. Simon Ioannis, &c. pasce agnos meos, pasce oues meas, a qua potestate nullibi inuenitur exceptio Regum, vel alterius humanę creaturæ sub forma, & fine dictæ potestatis directorię cap. 4. 7. 8. 11. 12. 17. tit. 1. hu. ca. 1. 2. 3. 13. 10. 11. cum alijs tit 2. hu. Vel tandem sumuntur Reges vt deuiant ab æterno, & cæteris sunt de offendiculo, & impedimento à vijs ad æternum, & hoc pacto sunt inferiores, & subditi potestati corrigenti Papæ eo ipso, & per coincidentiam, quod Deus ei dederit potestatem perfectam, & gloriam directoriam, correctoriam, & ita defensoriam à contrarijs viatorum ad æternum, vt ex præcitatis, & cap. 15. 14. tit. 2. hu. quæ contraria sunt non solum mala spiritualia, sed etiam sæpe polytica temporalia ca. 14. 15. tit. 2. hu. quæ probata fuere à nobis supra cap. 4. per 28. argumenta.

Et ibi ante argumenta assignata fuit origo vera talis potestatis Pontificis in temporalibus ad primum, & post solutiones ad 6. & cap. 3. huius responsi, & cap. 2. per plura argumenta Diuini iuris, & iuuat maximè ad hæc scire ius Imperij à Deo, non fuisse concessum liberè absoluteque hominibus, sed limitatè, & proscriptè sub Deo, obseruantia Euangelij, & ita sub Pontifice. vide cap. 3. post solutionem ad 9. §. Rimandæ sunt & cap. 5. ad primum.

Ad 2. Ad 2. rationem Barclaij respondeatur, vt ad primum hu. cap. illi autem cap. per venerabilem quod est repetitum ex cap. 2. hu. responsi respondeatur, vt cap. 2. ante vltimam ibi solutionem.

Ad 3. Dicit calumniam, & non probat: numquam modus adhibetur ad captandum absolutum, sed supponit absolutum, vide responsum ad proemium Barclaij ca. 3. indè progrediendo, vbi differitur de ista clausula directè, & indirectè, & cap. 5. in principio, est autem hoc argumentum Barclaij repetitum ex proemio cap. 3. hu.

Ad 4. Ad 4. quod repetit ex cap. 3. argum. 8. & 9. & primo respondeatur ergo vt ad primum huius 12. cap. & responsis datis ad 1. 8. 9. cap. 3.

pre-

precitati, & dicatur, negatur sequi Principes esse Vassalos, & Clientes Papæ, sed sunt filij per electionem Diuinam Papæ, vti Patris per electionem Diuinam, se habent vt Arietes ad Pastorem, non vt Vassalli, & Clientes eius Ioan. cap. vlt. cap. 12. 11. tit. 2. hu. se habent vt filij regales ordinabiles, dirigibiles, corrigibiles, defendibiles per Papam per viam Diuinorum mandatorum ad super Cœlestia Regna ad conregnandum cum Christo, quo verò ad regimen polyticum ad finē polyticum præscindendo ab ostensa spiritualis obiecti, & viarum, & viatorum ad illud, neque sunt Reges sub Papa, vt filij sub Patre, potestate correctiua, sed imediatè Dei Ministri; alijs verò modis sunt sub Papa vt filij sub Patre, vel vt Leones, & Vrsi, & feræ bestiæ insidiantes gregi Saluatoris, quo casu Diuino instituto cadunt sub baculo, & virga dominationis Papalis etiam ad destructionem temporalium, vt saluetur via, & viator ad æternum, vt exprecitatis cap. 2. & 4. ad 1. & post 6. & per 29. argumenta.

Ad 5. de potestate Pontificis in temporalibus per directionem, correctionem, viarum, & viatorum ad æternum, & defensionem ab infensis constat iure, mandato, verboue Diuino expresso saltem consubstantiali definitiuo, quod est idem quod ipsa natura potestatis perfecta data à Saluatore B. Petro, & Successoribus, quidquid ligaueris, &c. Math. 16. quod cadit super ordinabilibus ad æternum, qualia sunt spiritualia, & temporalia, quod eo ipso intelligitur defensiuum à contrarijs, quæ contraria nedum spiritualia, sed etiam mala temporalia sæpissime sunt, à qua generali traditione potestatis a Deo B. Petro super per dictis Deus non excepit Reges, & Ioan. vlt. Simon. Ioannis, &c. pasce agnos meos, pasce oues meas, hoc est dictu per coincidentiā defende à contrarijs, quæ sunt, & spiritualia mala, & temporalia, a quo ouili Deus non excepit Reges, & temporalem eorum potestatē, nisi se abdicant sponte extra castra, Dei, & dent pro Deo, sub seruitute præsentanea, & sempiterna dæmoniorum, quod erit deterior seruitus incomparabiliter, quam Deo seruire, & esse sub eius Vicario. *Ad 5.*

De hoc verbo, mandato, Iure expresso congenito definitiuo substantiali prædictæ potestatis pontificis in temporalibus fusè habebis supra cap. 4. post solutionem ad 6. & cap. 5. ad 2. cap. 3. ad 11. est autem verbum substantiale definitiuum, quod coincidit cum rei natura, vel cum parte, vel cum proprietate, vel emergit ex his, vt qui dicit naturam incorporalem immortalem, dicit spiritum, qui dicit extēsionem, dicit quantitatem, qui dicit rationalem creaturam, dicit hominem, & ita qui bene aduertit ex precitatis Euangelijs dum Deus contulit B. Petro, & Successoribus eius potestatem ligandi, & soluendi super ordinabilibus ad æternum, & potestatem Pastoris super agnis & ouibus idest fidelibus ad æternum, & notcat esse potestatem perfectam

ctam, quia à Deo immediatè pro summa rei, & quod naturà humana sit errabunda à via æternæ salutis, & quod per spiritualia, & etiam per temporalia possit obstari viæ, viatoribus ad illud æternum, sequitur, vel per coincidentiam, vel per connexionem necessariam, quod illa potestas pontificis super hominibus ad æternum, sit correctiua deuiorum, & defensiua viarum, & viatorum a contrarijs, & ita defensiua, & a contrarijs malis spiritualibus, & etiam à malis temporalibus, & ita vetatur super Principibus malis deuijs à lege Dei, & nocentibus, vel formidolosis viatoribus, & vijs ad æternum, sicut quando Rex Pharao, & Regnum cæperunt resistere, & obsistere populo Dei viatori vocato ad Diuinum sacrificium, ad Terram promissionis, contulit Deus virtutem Moysi, & Aaron, etiam temporaliter contra Regem, & Regnum Aegipti, vastando varijs cladibus, & crescente contumacia, & obsistentia Regis, & Regni contra illos viatores, etiam necando eorum temporalia, & interimendo Regem, & Regnum in aquis; & ita Deus submisit Regem Amalec sub gladio Samuel, quia restiterat in via populo viatori 1. Reg. 15. & subiecit quinquè Reges conculcandos pedibus primatum exercitus Iosue, & alios submisit Reges Iosue, vt offensores Diuinæ Mentis, & populi Dei viatoris lib. Iosue 10. D. E. & cap. 8. A. cap. 6. A. & alios sub Gedeone Reges, & gentes soppofuit, lib. Iudi. 7. cum sequentibus de quibus cap. 5. ad 2. contrarium, cap. 3. ad 11. & post solutionem ad 2. per 10 argumenta.

Add. Ad 6. respondeatur vt ad 1. Reges pergentes sub Dei timore, & regentes iuxta Dei mandatum, & continentes se intra fines potestatis eis præscriptos à Deo, vt què comendantur, suntquè magni, &c. sed si aberrent à lege Dei, si contrariantur eius proposito, sæpissime à Deo conculcati sunt etiam sub inferioribus creaturis, vt patet responso ad 5. vt patet de Rege, & Regno Salomonis sub seruo Ieroboam 3. Reg. 11. & cap. 12. de Rege Ieroboam extincto per Baasa seruum eius ex Dei monitu 3. Reg. 15. G. de Rege Achab extincto sub Iehu duce sui exercitus, Dei monitu 4. Reg. cap. 9. & 10. &c. de Regibus Israel extinctis per Regem Caldeorum ob scelera eorū 4. Reg. cap. fin. 2. Paralip. cap. fin. de Rege Caldeorum deiecto de solio ad bestias ob eius animi elationem, de nece Baltassaris Regis ob gloriam in vasis templi in contemptum Dei, & templi. Daniel cap. 4. F. 28. cap. 5. A. B. & in fine.

Ad 7. respondeatur vt ad 5. hu. 12. & respondeatur vt ad 11. obiectionem Barclaij cap. 3. & ad 2. cap. 5. hu. & per 20. argumenta post solutionem ad 6. cap. 4. hu. est autem facta perpetua mentio substantialis definitiua, & si non semper verbalis de prædicta potestate Pontificis in temporalibus, & in Testamento veteri, & in Euangelio, & actis Apostolorum, quæ durabunt vsquè ad finem Mundi, dum in prædictis

dictis Deus ei contulit talem potestatem, & talem potestatem supremi Sacerdotes exercuerunt, & Paul. 1. ad Corint. cap. 6. A. Tonat se habere potestatem à Deo super secularibus à minori, cum habeat etiā à maiori iudicandi Angelos Apostatas, & per adducta ad 5. hic, & per 29. argumenta adducta cap. 4. post solutionem argumentorum Barclaij, est autem mentio substantialis congenita definitiua rei, sicuti ad 5. hic dictum est de verbo, & mandato substantiali, scilicet rei propositæ naturæ ratio, vel qualitas interior, proprietas, vel emergens ex his, vel coincidens. Cum ergo collata potestas à Saluatore B. Petro, & Successoribus Math. 16. quidquid ligaueris, & Ioan. vlt. pasce agnos meos, &c. fuerit, sit, & erit vsquè ad finem Mundi, & sanè perfecta directiua, & correctiua hominum ad æternum, & defensiua a cōtrarijs quibuscumquè illis vijs, & viatoribus ad æternum, quæ sunt & mala spiritualia, & sæpe mala potestatiua temporalia, sequitur per coincidentia, illam potestatem esse defensiuam viarum, & viatorum à talibus contrarijs ad æternum, ecce perpetua mentio consubstantialis congenita cum dicta potestate Pontificis in temporalibus vsquè ad finem Mundi ex natura Euangelij, & institutionis illius potestatis Papæ, & ex perfectione, & munere, & fine dictæ potestatis. Igitur cum sit eius mentio consubstantialis congenita Euangelio, & illi cōditæ potestati in Euangelio, non ocurrit mentio vocalis de ea, si adest non nocet, si non adest, non demit, non tollit potestatem, numquid enim homo non est risibilis, si de eo non fiat mentio scripto, vel verbo? Ignis non leuitat, si de hoc memoria sileat? Ita si de illa potestate per aliquod tempus non fuisset facta mentio verbalis; cum mentio substantialis congenita Euangelio, & institutioni illius potestatis, & naturæ, & perfectioni potestatis semper his hæreat, & vigeat; per perpetuitatem Euangelij, & institutæ potestatis B. Petri, & Successorum illa mentio de tali potestate perpetuatur, nequè occurrit vt vigeat mētio verbalis de ea, quæ si adest, ei deseruit, si non adest non demit, non obscurat de illa probata potestate Pontificis in temporalibus per directionem, correctionem, & defensionem à contraijs viarum, & viatorum ad æternam salutem.

Hucusquè peruenerunt Barclaij rationes, & conatus probatorij, quod Pontifici non competat à Deo potestas in temporalibus; De cætero Barclaius solum negat responsa, & distinctiones Theologorum de tali potestate, nequè tamen adinuenit rationes negandi; sed solum animi liuorem, & voces ferinas vice rationum adducit, & præcipuè Bellarmini responsa, & rationes persequitur, quas & si non defendimus, pro vt tamen in Sacris Scripturis est communis radix nostrarum rationum cum illis, etiam nos occuramus huius maligni conatibus, ne decipiat ignorantes, & male inclinatos; non enim est periculum ratio-

nes

nes Barclaij posse mouere sapientem, nisi ad risum, & stuporem perfidiæ suæ.

Cap. XIII. & XIV.

Barclaius negat subiectionem Potestatis Polyticæ, & finis eius sub Potestate Ecclesiastica, & fine eius.

CApite 13. & 14. Barclaius negat subordinationem, & subiectionẽ potestatis polyticæ, & finis eius sub potestate Ecclesiastica, & fine potestatis Ecclesiasticæ, sed non probat, nisi inquantum ex cap. 2. eius posset probari, cuius probationes ibi per nos solutæ fuere, sed hic Barclaius per refugit repetere modo suo, sicuti fecit cap. 12.

Potestas polytica illa est, quę à Deo est potestas pro regimine corporum, & sensuum hominum per terrena bona ad terrenam tranquillitatem Sap. 6. A. ad Rom. 13. B. cap. 10. tit 1. cap. 1. 2. tit. 4. huius. Potestas verò Ecclesiastica est potestas a Deo regendi, & corrigendi, & defendendi à contrarijs animas, & per animas corpora, & sensus hominum per obseruantiam Diuinorum mandatorum, & consequentium ad æternum, idest ad Deum videndum, & perfruendum sempiterna indeficientia in Cœ is, Math. 16. Ioan. 20. & vlt. supra cap. 4. 7. 8. 11. 12. 17. tit. 1. cap. 2. 3. 4. 5. cum sequentibus tit. 2. hu. operis. His permissis ad applicationem.

Sed potestas polytica non quiescit, non euacuatur in solo regimine mortali corporum, & sensuum, neque vltimatus finis eius est humanarum, neque tranquillitas terrena quià tam potestas polytica, quam regendi homines constant anima immortali, ideo eorum actiones, & termini non possunt finiri in terra propter terrenum bonum, sed vltro hunc Mundum mortalem debent obligari, & ordinari ad vlteriorem Mundum immortalium, ad sempiternam vitam, ad finem sempiternum; Hinc per Euangelium Deus minitatur sempiternum incendium pro demeritis, sempiternam verò fælicitatem spondet pro meritis hominum; Atqui omne ordinabile, ordinatumque de hominibus, & attinentiæ per viam mandatorum Dei ad æternum, ad Deum videndum, perfruendum sempiterna mansione, cadit sub visibili potestate Pontificis Vicarij Dei, vt patet ex allata definitione naturæ muneris, & finis eius paulo ante, & cap. 4. 7. 8. 11. tit. 1. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 13. cum alijs tit. 2. de sacerdotio, & Imperio: igitur à definitionibus potestatum ad definitas potestates, constat, quod potestas polytica, & finis eius subiectantur a Deo sub potestate Pontificia, & fine potestatis Pontificiæ per directionem, & correctionem ad æternum illud, & defen-

defenſionem à contrarijs.

Corroboratur.

Nam ad diſtinctionem, & ſubordinationem ſubiectorum, obiectorum, & finium facultates benè ſubordinantur; Subiectum poteſtatis polyticæ eſt corpus, & ſenſus hominis, ſubiectum primum Pontificiæ poteſtatis eſt anima hominis, at benè corpus ſubiectatur, & ſubordinatur animæ, à qua etiam, & per quam viuit, & mouetur: Materia, & finis poteſtatis polyticæ eſt rerum mortalium æquatio iuxta iura recipientium, & terrena pax: Sed Pontificiæ materia, & finis eſt animorum, & corporum æquatio per obſeruantiam Diuinorum mandatorũ ad ſempiternam vitam acquirendam in Cœlis. Atqui tempus, & temporale, & materiale ſubordinatur æterno, & ſpirituali, & Deo ipſo videndo perfruendo; Igitur & poteſtas polytica, Diuina ordinatione, ſubordinatur, & ſubiectatur poteſtati Pontificiæ.

Quod ab offendentibus. & defendentibus comprobatur: Nam non ſolum mala ſpiritualia, ſed etiam mala temporalia, & poteſtatiua poſſunt obſtare, minitari vijs, & viatoribus ad æternum illud, ſicuti obſtabat Rex Pharao populo Dei Exod. 6. cum ſequentibus. Ieroboam Rex populo, abducendo eum à cultura veri Dei ad culturam dæmoniorum 3. Reg. cap. 13. & cap. 14. ſicut obſtabat Rex Antiochus vt 1. Macab. 1. & cap. 2. Igitur cum Dei Vicarius ſicuti habuit à Deo abſolutam perfectamquè poteſtatem ſuper hominibus ad Cœlum, ſicuti perfectiſſimus Paſtor ad agnos, & oues, & poteſtatem ſuper eis ad dictum finem ligandi, & ſoluendi cap. 16. Math. Ioan. cap. vlt. Ita oportet habuerit per coincidentiam poteſtatem defenſiuam à contrarijs, quæ ſunt, ne dum mala ſpiritualia, ſed etiam poteſtatiua polytica plerumquè, vt ex adductis, & cap. 14. tit. 2. hu. ſequitur, quod à Deo poteſtas polytica ſit ſubiectata poteſtati Pontificiæ per defenſionem viarum, & viatorum ad Cœlum ab illis, vti contrarijs eis, quæ fuſius probata fuere, & cap. 2. & cap. 3. per decem argumenta, & cap. 4. per 29. argumenta hu. reſponſi.

Quæ probantur ex documentis Sacris.

Deus ſubmiſit Eſau, & ſi primo genitũ ſub Iacob ob ſcelera Eſau Geneſ. 27. C. D. F. Deus ſubmiſit Regem Pharaonem, & Regnum ſub poteſtate Moyſi, & Aaron, etiam ad deuaſtationem temporalem ſtatus eius, etiam ad necem Regis, & primogenitorum. qui a Rex, & Regnum temporali robore obſtabant exitui populi Dei de eis ad ſacrificandum, & ad Terram promiſſionis, Exod. 6. cum ſequentibus. Sic Deus quinquè Reges ſubiecit ſub Ioſue tanquam infenſos populo Dei viatori, lib. Ioſue cap. 10. D. E. F. ſic Deus Regem Saul, vbi tranſgreſſus eſt Diuina mandata ſubiecit ſub Samuele miniſtro Eccleſiaſtico 1. Reg. 7. C. 9. & 1. in fine, 13. C. cap. 15. A. E. F. & Regem

N Amalec

Amalec tanquam infensum populo Dei viatori submisit gladio Samuelis 1. Reg. 15. A. G. sic Regis Ochoziæ Principes cum dominatu, & non cum subiectione animi, & verborum alloquentes Eliam ad verbum eius igne de Cœlo fulminato consumpsit 4. Reg. 1. & tertium saluauit, vti subiectum deprecantem Eliam, ibidem erat autem Elias munere Ecclesiasticus 3. Reg. 28. E. G. & 29. C. D.

Quare ex his concluditur potestatem polyticam, & finem eius à Deo subijci sub potestate Ecclesiastica, & sub fine potestatis Ecclesiasticæ, audi Paulum Apostolum concludentem 1. ad Corint. 6. A. an nescitis, quod Angelos iudicabimus (vtiquè potestate à Deo accepta) quanto magis sæcularia? Si ergo sæcularia qualia sunt polyticæ potestatis, & Laici subiecti cadunt sub potestate iudiciali Pauli à Deo accepta, igitur ex Dei ordinatione potestates polytice cum subditis subiectantur sub potestate Ecclesiastica, & sub fine eius, & in num. cap. 27. Deus iussit Iosue Successorem Moysi à Deo electum in Principem in sua institutione præsentari, & sisti coram Eleazaro Sacerdote, igitur vt subiectus, & subordinatus ei, alias vana fuisset illa sistentia eius illi supremo Sacerdoti, & amplius Deus iussit, vt Iosue iam electus in Principem ipse cum populo, & tota multitudine ingrederetur, & egrederetur ad verbum Eleazaris supremi Sacerdotis, quod est maxima dependentia, & subiectio moralis, & Regis, & Regni sub supremo Sacerdote, etiam Legis veteris, quanto magis sub Sacerdote supremo Euangelij, qui est præstantior illo antiquo, sicuti Euangelium, & Sacrificium Euangelicum præstātiora sunt Testamento veteri, & Sacrificijs eius. Simon Ioānis pasce agnos meos, pasce oues meas Ioan. vlt. vbi hic ab ouibus, & agnis Saluatoris sunt exceptæ potestates polyticæ? nullibi certè; Igitur potestates polyticæ ea ratione subordinantur sub Pontificia, qua ratione oues, & agni ordinati benè à Deo, subordinantur verò perfecto Pastori ordinato à Deo humanato Saluatore nostro. B. Paulus 13. A. ad Rom. comparatis potestatibus inferioribus, medijs, & superioribus, & subditis, mandauit omnem animam subijci potestatibus sublimioribus, aduertatur illa clausula comparatiua, sublimioribus; est autem certum comparatis potestate Pontificia, & polytica, polyticam ei esse inferiorem, & Pontificiam sublimiorem ei. Sicuti anima, quæ est primarium subiectum Pontificiæ est sublimior corpore, circa quod incumbit polytica: & finis qui *Pontificiæ*, qui est Deus adorandus, timendus, perfruendus æterna visione in Cœlis est præstantior fine illo, qui est terrena tranquillitas, qui est finis consecutionis polyticæ potestatis, quanto absolutio animarum, & corporum ab æterna damnatione, & restitutio ad Regna Cœlorum est præstantior absolutione corporum à temporali carcere, ad tranquillitatem terrenam, quæ sunt potestatis polyticæ quantò sacrificia,

mune-

munera facerdotalia, quæ perfonaliter continent Saluatorem maiora sunt munere poteftatis polyticæ, quæ nifi circa partcipatam obfcurá bonitatem Saluatoris de mortali regulatione ad terrenam pacem verfatur. Igitur conclufa eft veritas Apoftolico mandato, quod poteftas polytica, & finis eius fubordinentur, & fubiectentur à Deo fub poteftate Pontificia, & fub fine poteftatis Pontificiæ, quod ab illata pæna in Regem Ieroboam Deus demonftrauit, dum Deus are fecit facrilegam dexteram Regis, quia extendit contra Dei Nuntium de religione, & mandato contra peccata Regis, non autem propter Regem : Deus puniuit Nuntium increpantem Regem de fcelere in religionem 3. Reg. cap. 13. A. eft autem Pontifex, & Dei Nuntius, & poteftas Vicaria circa religionem, mandatum, legem, hominefquè regendos, corrigendos per legem ad Deum. Math. 16. C. Ioan. vlt. Math. in fine Ioan. 20. in num 18. & 16. F. ad Hebr. 5. A. & cap. 2. cum pluribus fequentibus tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio, & cap. 4. 7. 8. 11. 12. 17. tit. 1. eod.

Barclaius è contra pro fua negatiua affert quafdam propofitiones, primo verba S. Bernardi lib. 1. de confideratione cap. 5. infima, & terrena Iudices fuos Reges habent, quid fines alienos inuaditis, quid falcem in alienam meffem mititis? *Ratio 1.*

Atqui fi poteftas Ecclefiaftica occuparet polyticam poteftatem regendo per terrena bona ad terrenam pacem fubditos eius, vtiquè inuaderet fines eius, fed hoc nec præftat, nec prætendit poteftas Ecclefiaftica, fed dirigit, & corrigit eam, cum fubditis per viam Euangelicam ad æternam fælicitatem in Cœlis, defendendo tales vias, & viatores à contrarijs. Quare aliena non inuadit, fed propria munera fibi delegatæ poteftatis à Deo exercet, & confert, & defendit, eft enim poteftas Ecclefiaftica à Deo fuper vijs, & viatoribus ad Deum adorandum, timendum, et fempiterna fruitione tenendum, vt in principio huius, & fufius fupra. *Solutio.*

Ait ille, quia fines diftinguuntur poteftatis polyticæ, & Ecclefiafticæ, ideo non fubordinatur polytica cum fuo fine fub Ecclefiaftica. *Ratio 2. Barclaij.*

At diftinctio ex fe non tollit fubordinationem, vt diximus cap. 2. hu. Præterquam cum finis poteftatis polyticę non terminetur in terrena pace, quia conftat anima immortali cum fubditis, & quia à Deo auocatur ad obedientiam Euangelij, ad vitam æternam, per alienationem ab incendio fempiterno. Hinc finis poteftatis polyticę in fe non conquiefcit, & terminatur, fed altius à Deo fubordinatur ad vlteriorem finem, qui vtiquè eft finis publicus poteftatis Ecclefiafticæ, vt à natura eius conftat, & ex probatis, ideo finis poteftatis polyticæ cadit, & fubijcitur fub fine poteftatis Ecclefiafticę, & fub poteftate Ecclefiaftica, vt fufius eft probatū in princ. hu. cap. & alibi fup. ca. 13. tit. 2. hu. *Solutio.*

N 2 Oppo-

Ratio 3. Opponit Barclaius membrum à membro non dependere, vt pedem à pede.

Solutio. Membrũ ęquale cum membro æquali transeat, quod nõ dependeat, sed membrum inferius à superiori viuificante dependet, vt pes, brachium à capite, ac cerebro, vt corpus ab anima, corpus a spirituali.

Ratio 4. Opponit Barclaius, Reges non habere superiorem in terris.

Solutio. Respondeatur, vt ad 1. hu. 13. & 14. cap. & respondeatur vt ad 1. contrarium cap. 12. à quo istud est desumptum argumentum, & ex cap. 2. ad textum 4. ibi adductum.

Ratio 5. Dicit Barclaius. Si potestas polytica offendat spirituale, debet mutare regimen, quod ostendit in Ecclesiastica maiorem dignitatem, sed non maioritatem potestatis.

Solutio. Multiplex responsum conuincens Barclaium datur.

Primo regimen non solum est actus dignitatis, sed etiam actus potestatis, quare mutatio regiminis est actus nedum dignitatis, sed etiam potestatis; propterea polyticam potestatem, si offendat spirituale, debere mutare regimen, hoc indicat in Ecclesiastica non solum maiorem dignitatem, ob cuius reuerentiam polytica mutet regimen offensiuum eius, sed etiam indicat maiorem potestatem in *Ecclesiastica*, metu cuius polytica cogitur mutare regimen.

Dicatur amplius, quod Deus non solum contulit, & indicauit dignitatem, sed parem cum dignitate potestatẽ in Ecclesiastico, dum dixit, & dicendo contulit, & roborauit. Quidquid ligaueris super terrã, erit ligatum, & in Cœlis. Math. 16. hæc sunt verba, & promissa potestatiua; isti sunt actus supremæ potestatis, ligare, & soluere super vijs, & viatoribus ad æternum, cum Diuino promisso confirmationis in Cœlo à Deo. Pariter dum Saluator dixit, & mandauit, & mandando roborauit B. Petrum. Pasce agnos meos, pasce oues meas: Ioan. vlt. certũ est enim pascere gregem, regere, defendere ab infensis esse actus, & opera potestatis, & potestatis perfectæ, non merę nudęq; dignitatis.

Dicatur amplius si polytica offenderet spirituale, & nollet mutare regimen; Sicuti Rex Pharao, & Regnum offendebant Diuinum mandatum circa exitũ populi, & tamen nollebant mutare regimen Exod. 6. cum sequentibus, Rex Ieroboam, Rex Achab, per regimen polyticum offendebãt Religionem 3. Reg. 13. & cap. 28. nec mutare volebant regimen; sic Nabuchodonosor, & Balthassar Reges Caldæi, & Antiochus. Daniel 4. & 5. 1. Machab. 1. & 2. Quid tum? Certe Deus armauit virtute spirituali Moysen, & Aaron ad defendendum exitum populi a potentia temporali eorum vastando temporaliter Regem, & Regnum, & tandem interimendo. Regem autem Achab puniuit per Eliam, & per Iehu 3. Reg. cap. 8. 21. 22. & 4. Reg. 9. & 10. Regem Ieroboam misso Nuntio puniuit per Baasa, 3. Reg. 15. G. ca. 14. B.C.

Reges

Reges Caldeos Diuinis prænuntijs, & cominationibus, & per translationem Regni, Daniel 4. & 5. Regem Antiochum vastauit per Matathiam supremum Sacerdotem, & Iudam 1. Macab. cap. 1. & cap. 2. cum sequentibus.

Quæ cum fuerunt vmbræ Euangelici status, necesse est, vt Deus sicuti contulit B. Petro potestatem ligandi, & soluendi super vijs, & viatoribus ad æternum, Math. 16. & pascendi homines suæ religionis ad finem æternum; Ita per coincidentiam perfectionis summorum operum Dei, eidem contulerit potestatem defendendi vias, & viatores ad æternum à quibuscumquè contrarijs, siue spiritualibus, siue polyticis temporalibus: Igitur si temporale polyticum offendat spirituale, non solum ex suo arbitrio debet mutare regimen, sed etiam inuitus compellitur vi potestatis Ecclesiasticæ à Deo, & si resistat, vi Diuina illius potestatis potest, & debet dirimi, & destrui, & remoueri, vt saluetur, & defendatur summa rerū, quę est via, viatorquè ad æternū, &c. Omnia enim Deus fecit in hoc Mundo propter hominem, & omnia cum eo propter salutem æternam animorum, & corporum, indictis præceptis a Deo, vt in eorum obseruatione recognosceretur Deus, & per eius timorem, & amorem, & gratiam acquireretur homini fælicitas illa sempiterna; cuius scabellum est Cœlum, quod apud nos est tantæ admirationis, pulchritudinis, maiestatis, & vastitatis, & tamen hoc tale, tantumquè oculis nostris, vix scabellum Beatorum inuenitur. Vide quanti maioris excessus sit illa beatitudo, cuius submissum vestigium quasi in puluere est tale tantumquè. *Barclaij ratio 1.*

Cap. XV. XVI.

Barclaius his duobus capitibus contendit probare Potestates Polyticas Ecclesiasticis Imperare in Temporalibus, & si in spiritualibus eis subijciantur.

NON est admirandum Barclaium istum contradicere his duobus capitibus his quæ determinauit capite 2. vbi reciprocam independentiam potestatis polyticæ, & Ecclesiasticæ posuit, hic verò, post longa intericcta capita, ponat vtramquè potestatem polyticam, & Ecclesiasticam inuicem dependētem, & subiectam, nam capite 3. eius statim contradixit suo capiti 2. cum in capite 2. independentiam, & insubiectionem vtriusquè potestatis posuerit, capite verò 3. ex toto posuerit Ecclesiasticam etiam in Apostolis, subiectam fuisse polyticę, & hanc ex toto incubantem super Ecclesiasticis.

In

In istis ergo duobus capitibus primo probabimus Ecclesiasticos, & in spiritualibus, & in temporalibus esse insubiectos iure Diuino potestatibus polyticis, & cunctis Laicis, inde afferemus rationes, siue potius propositiones Barclaij, & resoluemus.

Auctoris probationes. 1. Esset reciproca confusio, & reciprocum impedimentum potestatum, & subditorum hæc assertio Barclaij, quod scilicet Laicales potestates imperarent Clericis in temporalibus, scilicet quo ad corpora, & sensus, & bona eorum, quibus in spiritualibus subijcerentur; Igitur assertio est ex dæmone, cuius est sempiternus horror inhabitans, & non est ex Deo; quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt, ad Rom. 13. A. & quia Deus cum bonitate coniunctam habet sapientiam immensam.

Antecedens probatur nam eo casu potestas timebit disponere super subiectis, sciens alia via subiectos sibi imperare, & disponere quo ad corpora, & bona sua, & subiectus contemnet obedire potestati, elatus, quod alia via possit ex potestate punire corpus,& bona potestatis suæ, quia per se, quibus subijciuntur in spiritualibus, eisdem imperant, & disponunt in temporalibus.

2. Apostolus ad Rom. 13. A. mandat certè subditis obedire potestatibus sublimioribus, sed non mandat alia via potestatibus sublimioribus subijci inferioribus, ergo assertio Barclaij Diuino mandato, & Apostolico dicto damnatur, & reprobatur.

3. Hereditas, & pars afficit, & qualificat heredem, Deus est pars,& hereditas Ecclesiasticorum intuitu dignitatis potestatis, & muneris, & obiecti eorum in num. 18. D. 21. Deut. 18. A. & Deut. 10. B. 10. vbi Laicis cunctis hereditatem, & partem intuitu eorum ministerij, non se Deum, sed terras distribuit Iosue cap. 13. cum sequentibus, igitur Ecclesiastici ex ista hereditate, & parte sua, quæ est Deus ipse, vti heredes ita insubijciuntur ex toto polyticis potestatibus, & Laicis, sicuti illa hereditas,& pars eorũ, quę est Deus ex toto eis est insubiecta

3. Deo semel applicatum, & consecratum euadit attributione Sanctum Sanctorum. Leuit cap. vlt. D. 28. Ecclesiastici, quo ad animam, & corpus, & ita temporalia, Deo dedicati, consecrati sunt speciali modo, & Sacramento, est de fide, igitur Ecclesiastici, quo ad animas, & corpora,& sensus per attributionem sunt Sanctum Sanctorum; Igitur nulli Laicorum subijciuntur; nullus Laicorum ad eos per potestatem accedere potest, nam Diuino decreto erat statuta pæna Mortis Laico, si accessisset Sancto Sanctorum, quod nisi supremo Sacerdoti patebat in num. cap. 18. B. 8. cap. 16. F. vsquè ad finem 1. Reg. 13. B. C. 2. Paralip. 26. ad Hebr. 9. B. 7. cum sequentibus Leuit. 16. A. 2. 3. C. 13 Exod. 30. B. 10.

4 Tributarius in temporalibus Clero, non potest Clero in temporalibus iure præesse, & prædominari: sed vniuersus status Laicorum, nemi-

nemine excepto, Diuino Imperio fuit verè realiter in temporalibus tributarius Clero, & statui Sacerdotali per imperatam eis a Deo decimationem omnium bonorum, & fructuum, etiam captorum in bello Sacerdotibus in num. cap. 18. per totum, & cap. 31. D. 26. cap. 8. D. 17. Leuit. vlt. D. Leuit. 23. B. 10. in num. 5. B. 9. cap. 7. A. 5. Deut. cap. 18. A. 5. Tributum autem temporale verum in radice est quota fructuum, & bonorum, vel æquiualens pro his, pro commoditate Genes. 47. F. 24. igitur Laicus quicumquè sit, non potest Clericis imperare iure in temporalibus, cum eis in temporalibus Diuino mandato sit verè tributarius.

5. Dignitas, & potestas Clericorum afficit inseparatim non solum animas, sed etiam corpora, sensusquè eorum: sicuti Maiestas Regis corpus Regium, igitur sicuti Clerici secundum spirituale, secundum dignitatem, & potestatem suam iure Diuino non subiacet potestatibus Laicis, ita nequè secundum corpus, & sensus, vt pote effecta inseparatim eadem dignitate, & potestate, illis subiacere iure possunt.

6. Quod a Deo prædominatur Animabus hominum, nulli parti hominum potest subijci, nam anima est supremum hominis à qua reliquum hominis viuit, & pendet, ideo qui dominatur animabus non subijcitur animabus, igitur minus subijcitur corpori, & cæteris hominis, cum talia sint iure Diuino, & naturali subiecta animæ, sed Ecclesiastici ex sua Diuina potestate præsunt animabus potestatum Laicalium, & omnium Laicorum Math. 16. Math. in fine, & cap. 18. C. Ioan. 20. & vlt. cap. 2. 3. 4. 5. tit. 2. Igitur per nullam sui ratione, nulli parti, & rationi vestrum Ecclesiastici subijciuntur.

7. Laici, & per corpus, & per animam subduntur potestati Ecclesiasticæ directiuè ad æternum. Ecclesiastici non solum ex anima, sed ex toto copulato ex anima, & corpore constant difusa potestate sibi, igitur nulla pars remanet Laicis imperandi Clericis, neq; vlla pars remanet Clericis qua iure subijci possint, vel debeat Laicis potestatib⁹.

8. Tridenti Concilium sess. 25. de ref. cap. 20. cupiens asseueranter docet, & mandat immunitatem Cleri, & bonorum Ecclesiasticorum, quæ est dictum independentiam eorum a Laicis, esse Diuina ordinatione, præter canonicas sanctiones, & innouat, & confirmat omnes canones de tali immunitate procedentes. Igitur nulla ratione Clerici subijciuntur Laicis, quia Diuina ordinatione sunt liberi, & isubiecti ab eis

9. Concilium, & si possit determinare de rebus moralibus, attamen procedit ex Diuina potestate, & Diuina speciali assistentia inter eos Saluatoris, quæ non est promissa vllis potestatibus, & decretis Laicis Math. 18. C. & cap. fin. in fine. igitur determinationes Concilij etiã de temporali euincunt Diuina promissa assistentia omnia decreta, legesquè Laicorum, & præualet eis. Igitur immunitas idest insubiectio

Cleri

Cleri, & bonorum Ecclesiasticorum stabilita Diuina ordinatione, ex declaratione Concili, & Sacris Canonibus Sanctionibus, vsquè Concilij Lateranensis cap. aduersus Consules de immunitate & alibi euincit, & superat quasqumquè contrarias potestates, & leges, & promulgationes Laicales, quod fusius ostendimus cap. 22. tit. 3. de Sacerdotio, & Imperio cap. Ecclesiæ de Constitut.

10. Deus non punit procedentes iuxta ius rectum naturæ, & Diuinum exista causa, ergo si punit, punit agentes perperam contra ius Diuinum, vel rectum ius naturæ, puniuit tamen Deus Principes, & populos exercentes actum dominij super Aaron, flamma ignis in nu. 16. F. vsquè ad finem, puniuit vastatione status, & mortibus Regem Pharaonem, & Regnum, quia potentiam temporalem contra eos exercere gestarunt: Exod. 6. cum sequentibus pluribus, erat autem tam Moyses quam Aaron Ecclesiastici, & capita in Ecclesiasticis Exod. cap. 2. A. & cap. 6. per totum cum sequentibus. Pariter Deus dexteram Regis Ierobcam extensam contra corpus Diuini Nuntij de religione, illicò are fecit 3. Reg. 13. A. B. & Ecclesiastici, maximè in capitibus sunt Dei Nuntij, & potestates super hominibus ad legem, & vitam æternam. Lucas 10. A. Lucas in fine Math. in fine cap. 30 addito post 28. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio. Pariter Principes legatos Regis Ochoziæ, qui dominatum verborum super Elia ministro Dei in lege, & religione gestarunt homo Dei, Rex præcepit, festina descende, flamma consumpsit, tertium supplicem Eliç saluauit 4. Reg. 1. & frontem Regis Oziæ, qui in Sanctis Sanctorum minitabatur Sacerdotibus, lepra percussit, & vt leprosum subiecit sub manibus supremi Sacerdotis 2. Paralip. 26. D. Leuit. 13. cum sequenti. Lucas 17. D. 13. & Regem Iosiam, quia interfecit Zachariam Sacerdotem, fecit Deus a modica manu Assyriorum vinci, & ignominiosè tractari, & tandem per seruos in proprio lectulo confodi, adiungens textus in vltionem sanguinis Zachariæ, 2. Paralip. 24. F. G. & Regem Saulem, quia inuasit potestatem Samuelis sacrificandi, Regno priuauit per os Samuelis 1. R. 13. B. C. igitur Reges non secundum ius Diuinum, sed contra ius Diuinum, facto violento procedunt exercendo, vel attentando potestatem in temporalibus super Ecclesiasticis, siuè Euangelicis, quorum priores fuere vmbræ, & figuræ, siuè Legis veteris.

Barclaij rationes siue propositiones

Primo ergo Barclaius opponit dicta cuiusdam Francisci Romuli, ad certa capita Apologiæ.

2. Vniuersitatem Christianorum non docere talem immunitatem Cleri, sed solum priuatos homines.

3. Opponit verba S. Gregorij ad Mauritium Imperatorem. Sacerdotibus non ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius serui sunt, ita domi-

neiur

netur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Barclaius sistit super illa clausula, dominetur, scilicet, ait ille, vt ciuibus, & partibus Reipublicæ.

4. Adducit cantilenam omnium Schismaticorum, scilicet Regem Samuelem depoluisse Abiatar Sacerdotem, & reũ mortis censuisse.

5. Opponit priuilegia exemptionum ab Imperatoribus, igitur non iure Diuino, sed arbitrio Principum sunt exempti Clerici.

6. Barclaius pergit comparando Pontificem, & Imperatorem, nefanda ateisma similitudine; Comparat ergo polyticam potestatem respectu ad Pontificiam ad filium Patris prouectum ad publicos honores, & gubernacula boni publici. Pontificem verò, quasi Patrem Senescentem incumbere domesticæ Sarcinę domus priuatæ, &c. & cum potestas polytica sit super mortalibus ad terrenam pacem; & Pontificia sit super animabus, & per has, super corporibus per obseruantiã mandatorum Dei, ad Regna super Cœlestia sempiterna acquirenda, ad perfruendum Deum, sequitur ex ista similitudine Ateisma, quod hæc terrena mortalia, maxima publicaquè bona erunt supremi honoris comparata ad illa Cœlestia superna sempiterna, & quod illa ęterna, ad quæ nos promouet institutio Sacramentorum, Incarnatio, Passio, Mors, Resurrectio Verbi, & Pontifex sint priuata bona, sarcinæ domus Patris senescẽtis blasphemia tam horrenda, vt nequè vnquam cecidecit in mentem damnatorum spirituum, qui emulatione contra nos mouentur, non intuitu horum bonorum mortalium, quæ & dæmon pro nihilo ducit, sed intuitu bonorum æternorum illius super Cœlestis Regni, a quo ipse pulsus est.

7. Opponit Barclaius dist. 63. can. 22. Adrianus Papa, vbi Imperator Carolus Magnus fuit honoratus a Papa dignitate, & auctoritate patritiatus, idest Aduocatus, & Iudicis Romæ, addens Barclaius ex antiqua glossa per talẽ dignitatem Ipreratorẽ esse Iudicẽ super Papa.

Est deridenda auctoritas allegata a Barclaio priuati, & ignoti hominis, & facile Hęretici, vel Schismatici, scilicet Francisci Romuli, negatur ergo istius auctoritas, præterquam nos adduximus Concilium Tridentinum, quod innouat omnes Canones, & omnia Concilia de tali immunitate sess. 25. de ref. cap. capiens argum. 8. hu. cap. pręter, & Diuina mandata, & documemta, quæ præualere debent cunctis dictis contrarijs, siuè Francisci Romuli, siuè alterius. *Solutiones: Ad 1.*

Legitimum Concilium est vniuersitas Christianorum Math. 18. E. 17. Quidquid ligaueritis super terram, erit ligatum, & in Cœlis, iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacumquè petierint, fiet illis a Patre meo, &c. vbi enim duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum, &c. quæ Saluator nulli potestatum Laicalium aut dixit, aut contulit, cum *Ad 2.*

O ergo

ergo Cōcilium Tridentinū, quod innouat cętera Cōcilia, & Canones de tali exēptione, dicat immunitatem Cleri, & bonorū esse Diuina ordinatione, sess. 25. de ref. cap. cupiens, sequitur, quod & per se ipsum, & per alia Cōcilia à se innouata, tamquam vera solida sapiens in Spiritu Sancto, vniuersitas verorum Christianorum doceat, mandet, & defendat talem immunitatem Cleri, & bonorum ex Dei ordinatione, quam veritatem defendit contra Reges, & Imperatores, & alios, gladio excommunicationis cap. si quem Clericorum 11. sess. 22. reliqua autem Concilia cum Canonibus hinc non adijcimus; quia cum sint innouata ibi per Concilium Tridentinum supponuntur citata in innouatione eius.

Ad 3. Ad 3. verba S. Gregorij sunt contra propositum Barclaij, primo quia B. Gregorius narrat factum Imperatoris, sed non ius faciēd; imo obliquè damnat eum de violentia, & furore animi, non ex terrena potestate citius indignetur illa clausula, citius indignetur significat animi motum immaturum, animi furorem intempestiuum, & dum ibi dicat, non ex terrena potestate (qua scilicet procedit Imperator) citius indignetur, negat per consequens ei competere potestatem super Clero, cuius potestas non est terrena, sed desursum & circa animos, Deū, & æternum, & amplius cum B. Gregorius illis verbis dicat, sed excellenti consideratione propter eum, cuius serui sunt ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat, admonet, & corrigit Imperatorem, vt resipiscat, & veneretur Clerum, igitur non dominetur Clero. Amplius contra hoc opponat exempla adducta in, 10. argumēto huius, & oppono cap. Ecclesiæ de Constit. cap. scilicet de maioritate, & obedientia. Modestè ergo sub velo verborum humanorum, ex rei natura illis verbis tacitè S. Gregorius reprehendit, & damnat, & temperat Imperatoris Mauricij fastum, & furorem, sicuti Apostoli dixerūt si iustum est in cōspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate Act. 4. D. 19.

Ad 4. Dicatur vlterius esse duas Respublicas polyticam, & Ecclesiasticā, vt contendit probare Barclaius cap. 2. hu. dum distinctas, & independentes ibi asserat, sed dato Ecclesiasticorum, & Laicorum esse vnam Reipublicam, & vnum corpus in fide ad vitam æternam, huius tamē corporis in fide ad Deum caput visibile infra Deum est Pontifex non Rex, non Imperator; dixit enim Saluator B. Petro, non Regi, non Imperatori. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Quidquid ligaueris super terram, erit ligatū & in Cœlis Math. 16. C. & Ioan. vlt. Pasce agnos meos, pasce oues meas, &c. supra cap. 13. tit. 3, hu. operis de Sacerdotio, & Imperio.

Ad 4. Deus sanè intendit depositionem Abiataris Sacerdotis in pœnam Ataui Heli Sacerdotis, sed tamen propter hunc finem Salomō

Rex

Rex non depofuit eum, fed propter alium finem, quem fcriptura non approbat, fcilicet quia Abiatar adhæferat partibus Adoniæ fratris maioris Salomonis, quem fufpicatus eft Salomon affectare Regnum, vt maiorem natu, & quia in matrimonium petierat Sororem Regis Salomonis 3. Reg. 2. D.E. quare tu adducis factum Salomonis propter vnum finem, quem Deus non approbat, fed approbat propter alium finem, non intentum a Salomone.

Dicatur amplius, adducere factum Salomonis non per hoc eft adducere ius faciend, quia quanto fapientior Salomon prę cæteris Regibus, tanto fcelerațior cunctis Regibus Ifrael euafit cum Salomon primus eorū publicè, & fi præmonitus à Deo apoftatauerit a fide propter mulieres, & adorationem præftiterit Dæmonibus, fimulacris fcilicet Moab, Moloch, Afterthem, Chamos, quibus etiam ædificauit phana, ob cuius fcelera Deus fcidit Regnum eius, & ferè totum tradidit feruo 3. Reg. 11. & 12.

Dicatur tertio, opponenda Diuina gefta contra hoc factum Salomonis enumerata argumento 10. hu. cap. 15. & 16. pauloante.

Deum lepra percuffiffe in fronte Oziam Regem, quia aufus eft minitari Sacerdoti fupremo (quod eft minus fcelus, quam priuare, & fpoliare facerdotio, vti fecit Salomon) Pariter Deus are fecit dexteram Regis Ieroboam, quia aufus eft eam extendere contra corpus Nuntij Dei (Nuntius Dei eft fupremus Sacerdos) 3. Reg. 13. A. B. & flamma confumpfit duos Principes, qui folum dominatum verborum protulerunt fuper Elia, homo Dei defcende feftina, Rex præcepit, tertium verò humilem oratorem faluauit 4. Reg. 1. erat autem Elias Ecclefiafticus zelo facrificio 3. Reg. 18. & cap. 19. Cum ergo Deus puniuerit prodigialibus pænis corporalibus Reges, qui vel attentarunt folum actum poteftatis fuper miniftris Ecclefiafticis, ideft Miniftris de lege, mandato, Euangelio fuper hominibus ad Dei honorem timorem, & æternam falutem, cuncto Orbi Deus gefto à fe denuntiauit, & voluit Regibus non competere vllum ius, vllam iuris poteftatem fuper Ecclefiafticis fuper fupremo Sacerdote, nec in fpiritualibus, neque in temporalibus eorum.

Priuilegia exemptionum ab Imperatoribus, & Principibus Clero funt priuilegia obfequij, reuerentiæ, & declarationis, & defenfionis, iurium Diuinorum, & exemptionum eorum à Deo, non autem funt priuilegia collatiua Clero immunitatis, quafi fine eis, & ante ea non haberet, & non habuerint à Deo talem infubiectionem à Laicis, quam habere à Deo oftendimus fupra hoc capite per 10. argumenta, & fusè toto titulo 3. de præeminentiam Sacerdotij fuper Imperio, huius operis noftri de Sacerdotio, & Imperio. Ad 5.

Dicatur amplius hunc modum argumentandi Barolaij ex iftis priuile-

uilegijs Principum, ostenderet etiam Deum independentem ab eis solo priuilegio, non natura, & iure suo, cum Principes Deo plura bona, & donaria applicuerint, & Ecclesijs propter Deum, cum honoribus & priuilegijs, & tamen Deus est Creator omnium, & Dominus, & Imperatores, & Principes relati ad Deum sint Coloni, & Ministri Regni eius Sap. 6. A. 1. Paralip. cap. fin. D. 15. 16. Leuit. cap. 25. C. 23. 24. 25.

Ad 6. Satis ibi responsum est, dum retulimus, illam Barclaij similitudinē, scilicet esse similitudinem, si bene collustretur, nefandam atheismam, qua animæ, salus æterna, sempiternam super Cœleste bonum, Euangelium, per quæ, ad quod ducit nos potestas Papalis reputantur res viles dehonoratę priuatę sarcinæ domesticæ domus, quibus Pontifex vti Pater senescens inualidus in angulo domus inuigilat ait ille, hæc verò mortalia luctuosa, publica maxima honoratissima bona, quibus inuigilat Imperator, comparatione ad illa sempiterna super Cœlestia habeantur.

Tota ergo similitudo se habet opposito modo; scilicet, quod Pontifex se habet vti Pater sapientissimus, potētissimus Diuina Vicaria potestate personali Saluatoris præfulgens deputatus à Deo super veris maximis honoribus, & bonis, & Regnis, nempè super animabus Euangelio, ad Cœlestia Regna, ad Deum sempiterna indeficientia perfruendum. Imperator verò se habet vti filius eius, breuis nocturni luminis, & potentiæ super priuatis sordidis, minimis bonis, scilicet super his terrenis bonis, pro terrena pace, tanquam super hospitio nocturno deputatus à Deo cum subordinatione ad Pontificem per directionem, & correctionem ad æternum in Cœlis, &c.

Dicatur amplius, similitudo edita in Euangelio à Saluatore cuius sapientię nec addi, nec minui potest, inter Imperatorem, & Pontificem est, inter Pastorem, & Agnum, & Ouem, & Arietem, Ioan. vlt. cum enim ibi Saluator comparet, & instituat B. Petrum super hominibus ad æternam salutem, sicuti Pastorem ad agnos, & oues manifestè liquet Imperatores, Reges, & quosqumquè professores fidei veri Dei Saluatoris se habere, vt agnos, & oues ad Pastorem, in Daniele autem cap. 8. A. B. comparantur Summi Reges, sicuti Rex Persarum Darius, Rex Macedo Alexander ad Arietes, & Hircos.

Altera similitudo edita in Euangelio à Saluatore Math. 16. inter eos est, quod Pontifex se habet vt Petra super qua est ędificata Ecclesia Dei, & consequenter Imperator, si est in Ecclesia Dei, se habet, vt columna fundata super ista Petra Petri. Amplius est, quod Pontifex se habet, vt Ianitor Terræ, & Cœlorum, & Diuina potestas cui venerabundum adstat Cœlum executorem eius decretorum, & consequenter Imperator se habet vt Clauicularius Terræ ad terrenum, vti

Mini-

Minister Regni Dei Sap. 6. A. sed vti Minister inferioris, scilicet terreni Regni Dei.

Similitudo Pontificis est Assessoris in Trono Spiritus Sancti: visum est Spiritui Sancto, & nobis Act. 15. E. 28. & consequenter, cum Imperator distinguatur ab eo, Imperator est sicuti Assessor in scabello (quod est terra) pedum Dei Math. 5. F. 34. vbi dicitur quod Cœlum est Tronus Dei, & terra scabellum pedum eius, & B. Petrus cum Apostolis assimilatur Cœlo, & ita Trono Dei, non audisti vmquam Regem Dauid ps. 18. præcinentem in spiritu de Apostolis Cœli ennarauerunt gloriam Dei? & opera manuum eius annuntiauit firmamentum, scilicet Cœlorum, scilicet Apostolorum? & hoc firmamentum est Petrus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã. Quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis Math. 16.

In Testamẽto autẽ veteri supremus Sacerdos sanctus Domini vocatur, Aaron Sanctũ Domini Dauid. ps. 105. Exod. 28. assimilatur Virgę Florescenti Amigdalorum reconditæ, & reseruatæ intus in illa terribili prodigiorum Arca in num. 17. per totum in Testamento autẽ veteri Imperatores, & Reges assimilantur Ministris Regni Dei, idest Regni infimi, scilicet terrarum, & mortalium Dei Sap. 6. A.

Hæ sunt similitudines perfidæ Barclaij? erutæ, delineatæ à Diuina Mente in Sacris Litteris, non ex tuo fætido cerebro habitaculo Demoniorũ euomitę, Imperatoris, & Põtificis, Pontificis, & Imperatoris

Ad 7. ille Textus est ad nostrum fauorem. Si enim Carolus Magnus priuilegio ab Adriano Papa consecutus est auctoritatem patritiatus Romanorum; Igitur illam auctoritatem non habebat ex natura Imperij, sed a Pontifice. Tanto ergo maior Adriani Papæ auctoritas super Carolo Magno, quanto Adrianus Papa ex suo pectore ei communicauit dignitatẽ, & auctoritatẽ, quã Carolus Magnus suscepit, cũ prius non haberet, & cum in eodem canone 22. Adrianus Papa distinc. 63. ennarretur, Carolum Magnum ad voluntatem Adriani Papæ cum ingenti exercitu in Italiam venisse, & desiderium Longobardorum Regem vti infensum Pontifici primo prælio fugasse, mox Papię obsessum cæpisse, extinxisseque, liquet cunctis mortalibus Carolum Magnum erga Pontificem se habuisse vti filium auxiliatorem, & liberatorem Patris, non vti Dominum superbientem super Pontifice. Ad 7.

Quod autem opponit Barclaius ex antiqua glossa ad illum canonem dico primo, quod glossa non est lex, neque præualet legi, & legislatori, ideo cum ex illo canone constet Adrianum Papam contulisse non recepisse auctoritatem à Carolo Magno, huncque erga Pontificem se habuisse, vt obsequiosum filium, non vti Dominum eius, sequitur si contrarium antiqua glossa induxerit, quod fuerit falsa glossa, & repulsa à canone.

Præ-

Præterquam Pontifex non potest super se imponere Imperatorem: cum non possit derogare Diuinæ institutioni de se ipso: In qua Deus eum nulli creaturarum subiecit, cum Pastorem super cunctis hominibus, vti super ouibus, & agnis constituerit Ioan. vlt. & cum neq; Cœlo subiecerit, sed Cœlum obsequiosum ei submiserit, quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. vbi hic Deus submisit Pontificem Imperatori, vel alteri creaturæ? solum sibi Deo submissit cum honore, & reuerentia, & confirmatione, non reprobatione de Cœlo sententiarum eius super habitatoribus terræ viatoribus ad æternum.

Cap. XVII.

Barclaius in hoc cap. 17. satis confusus, & repetens contendit probare Potestatem Pontificiam nulla ratione extendi in Temporalibus super Polytica.

Barclaius ad effectum probandi potestatem polyticam in temporalibus nulla ratione subjici sub Pontificia, immemor dictorum suorum cap. 2. dicit primo potestatem polyticam, & Ecclesiasticam non esse duas Respublicas, sed vnam, in qua cum caput sit Imperator, vel Rex non potest vlla ratione subijci sub alio capite creato, & ita cum huius Reipublicæ caput sit Laicus Princeps potest iure dominari Clero tanquam membris sub capite Reipublicæ.

Barclaij ratio 1.

2. Ratio.

2. Dicit Pōtificem non habere potestatem in temporalibus ex verbo B. Petri ad Annaniam, & Zafiram Act. 5. A. B. non ne manens tibi manebat, & venundatum in tua potestate erat?

3. Ex S. Bernardo lib. 4. cap. 3. quod gemmis auro, milite stipatus Pontifex non se habet vt Successor B. Petri, sed vt Successor Cōstātini.

4. Primis trecentis annis non fuisse exercitam talem potestatem in temporalibus à Pontificibus.

5. Arguit ad inconueniens, si ex eo, quod potestas Pontificis habita à Saluatore est sufficiens, & perfecta, ideo extenditur ad temporalia maximè defendendo se; igitur & potestas Laicalis, quia à Deo est perfecta poterit sub forma defēsionis deicere Ecclesiasticā potestatē à se.

Solutio ad 1.

Ad primum, contrarium Barclaius docuit cap. 2. & cap. 13. in quibus dixit potestatem polyticam, & Pontificiam cum suis finibus distingui, & inuicem independere, non potest autem vnum corpus Reipublicæ compagi ex distinctis membris, maximè capitibus independentibus

tibus, sed quidquid sit de hoc.

Dico, dato, quod sit vna Respublica polyticorum, & Ecclesiasticorum, scilicet ad fidem, ad Euangelium, ad Saluatorem, ad finem æternum, huius tamen Reipublicæ sic efformatę caput visibile post Deum est Pontifex, non Imperator, vel Rex, vel Princeps Laicus, vt ad 3. præcedentis cap. 15. 16. hu. nam vbi concurrit ad compagem mistici, vel naturalis corporis, spirituale, & terrenum, corpus, & anima, temporale, & æternum, esset prorsus irrationale naturæ repugnans, illius caput ponere corporale, temporale, materiale super spirituali, super anima, super æterno. Modo Pontifex habet potestatem spiritualem ad æternum super animabus hominum, potestas polytica super corporali mortali, ad finem terrenæ pacis mortalis vt etiam supra docuimus cap. 13. in num. 16. F. vsquè ad finem, & cap. 17. & cap. 18. Ad Hebr. 5. A. Math. 16. quidquid ligaueris. Ioannes vlt. Pasce Agnos meos, Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, &c. cap. 4. 6. 7. 11. 12. 17. tit. 1. cap. 1. 2. 3. 4. 5. cum sequentibus tit. 2. hu. operis cap. 1. 2. tit. 4. hu. Igitur ab obiectis, fine, munere commensurando potestates huius corporis Reipublicę Christianorum ad fidem ad Deū caput visibile post Deū est Pontifex, non Imperator, non Rex. Prę terquam illud est caput in multitudine, in Republica quod à Deo habet potestatem ligandi, & soluendi, quod à Deo constituitur vt petra fundamentalis ad fabricam, vt Pastor super agnis, & ouibus. Atqui super isto vno corpore Christianorum, vt concurrunt in fidem, Euangelium, Saluatorem, sempiternam vitam, Saluator B. Petro, non Imperatori, non Regi dixit, & dicendo cotulit, & firmauit. Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam; Quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis. Math. 16. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Ian. 20. Simō Ioannis diligis me plus his? etiam Domine. Pasce agnos meos, pasce oues meas. Ioan. vlt. igitur præfatæ Reipublicæ in vnam fidem, Deū & vitam æternam, caput visibile vice Dei est Pontifex Vicarius Saluatoris, non Imperator, vel Rex, isti autem sunt membra sub capite, ideo Clerus iure, & debito eos non in caput suum, sed in membrū sub cap. suo recognoscis, & recognoscere debet iure, debitoue.

Pontifex ad vim sententiæ non procedit milite, auro, vel gemmis, *Ad 3.* sed potestate Pontificia, qua ei dixit Saluator. Pasce agnos meos, Ioā. vlt. Quidquid ligaueris super terram, &c. Math. 16. Milites autem adhibet in subsidium contra proteruos, nam & Matathias summus Sacerdos adhibuit arma, & milites Deo gratissimè contra Regem Antiochum 1. Machab. 2. & Samuel euaginauit gladium contra Regem Amalec 1. Reg. 15. G. Phinees Sacerdos pugione confodit offensores legis, quod Deo fuit acceptissimum in num. 25. C. 7. vsquè ad D.

Gemmæ

Gemmæ autem, & aurum ei competunt ob cultum visibilem dignitatis Diuinæ, quem cultum visibilem expetit Deus, & voluit, & composuit etiam in Aaron supremo Sacerdote Testamenti veteris Exod. 28. & cap. 39. & tamen Aaron fuit sola figura, & vmbra Pontificis Euangelici, sicuti Testamentum vetus Euangelij, quod à Saluatore in Euangelium est reformatum, & translatum in melius, & maius. Math. 5. B. 17. Lucas vlt. G. & alibi, &c.

Ad 2. Ad 2. Quod lapsu oculorum fuerat prætemissum.

Barclaius finxit se non legisse totum textum facti, & Iudicij B. Petri contra Annaniam, & Zafiram. Act. 5. A. B. nam vtiquè B. Petrus eis dixit, manens tibi manebat, & venundatum erat in tua potestate? antequam obligarentur ad oblationes pedibus Apostolorum, antequã mentirentur, & offenderent Spiritum Sanctum in reuelatione quotæ pretij agri venditi, sed quando ex venditione agri, quæ est temporalis, in reuelatione quotæ pretij fraudarunt Sedem Apostolicam, & mentiti sunt Spiritui Sancto; Tunc a B. Petro examinatos, Reos inuentos offensæ Spiritus Sancti in illa re temporali, priuatos vita temporali omnes cum tremore viderunt, & audierunt. Quod si esset, vt tu Barclaij imponis, non ne manens tibi manebat? scilicet Apostolicam Sedem iure non habuisse potestatem super Annania, & Zafira venditoribus agri, quo ad corpus eorum, hinc reflecteretur iniuria contra B. Petrum, quod absquè potestate eos interrogasset, examinasset, damnasset, & vita corporali priuasset, quod dicere est horrendum, nam tunc notaretur, & Deus de iniustitia, qui fulminata corpora in morte in eos executus fuisset sententiam B. Petri in eis, scilicet Annaniam, & Zafiram ex dicta causa venditionis agri, & commissæ fraudis in reuelatione quotæ pretij, propterea est cum stupore admiranda perfidia huius Barclaij, qui nihil duxit refundere tantam calumniam iniustitiæ sententiæ B. Petri, & Saluatoris contra Annaniam, & Zafiram, dummodo ad sua vota traheret textum, quod Pontifex ex illo gesto, non habuerit per B. Petrum potestatem in temporalibus Laicorum, ex causa offensionis per temporale in spirituale.

Ad 4. Ad 4. fuit exercita etiam tempore Apostolorum, per B. Petrum Act. 5. A. B. vt ad 2. & Paulus intonuit 1. ad Corint. cap. 6. A. se habere potestatem vtiquè à Deo, iudicandi sæcularia, quia habebat potestatem, vtiquè à Deo ad maiora, scilicet ad iudicandum Angelos. Igitur illis primis trecentis annis fuit exercita, & habebat paratam vim, & executionem potestas Pontificis in temporalibus per offensam temporalium in spirituale, dicatur amplius si non fuisset exercita talis potestas Pontificis in temporalibus illis primis trecentis annis, fuisset ex Consilio, & prudentia potestatis, non defectu potestatis 1. ad Corint. 9. B. 12. sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus

nemus, hoc argumentum Barclaij est allatum supra, & solutum ca. 3. ad 11. & cap. 12. ad 7. & ad 5. & cap. 6. 7. 8. ad. 1. cum sequentibus, & 5. & quamuis in terrenis rebus.

Altera ratio est, quia primis trecentis annis, vel homines erant foris, & ita non spectabat ad Sedem Apostolicam iudicare contra eos, quia cum foris essent, iam iudicati erant à Deo Marcus in fine D. qui vero erant Christiani, adeo timorati, & pudorati erant filij erga Pontificē, vt non ocurreret Pontificibus vti potestate tēporali contra eos. At postea vos mutastis conditionem de filijs pudoratis Sem, & Iaphet euasistis insolentes proterui, sicut Cham contra Patrem vestrum spiritualem Dei Vicarium? Ideo sicuti Noe, ita recentiores Pontifices compulsi fuere vestris peruersitatibus, contra vos exercere potestatem temporalem maledicendo, & priuando statu, & potestate, & dignitate vos, sicuti vt dixi Noe maledixit Cham, & priuauit principatu, & fecit seruum sub fratribus suis, quia irrisor, & contemptor Patris sui euaserat Genes. 9. D. 22. vsque ad num. 26.

Ad 5. ille modus retorquendi argumentum Barclaij est contra Diuinam ordinationem, nam Deus posuit quidem inferiorem subdi sublimiori potestati, sed non vice versa sublimiorem inferiori. Paul. ad Rom 13. A. & in Deut. 17. B. C. mandauit Deus supremum Sacerdotem iudicare, & determinare causas, & cæteris ei obedire, non autem resistere, & reiudicare eum, ipsūq; supremum Sacerdotem non iudicari a cæteris. Præterquam Deus non ordinauit spirituale æternum, & potestatem Pontificis ad temporale, mortale. sed sub potestate Pontificia non è contra. Ideo Deus dedit perfectā potestatem Pontifici regendi, corrigendi vias, & viatores ad Deum, & defendendi eos a cōtrarijs polyticis, non autem dedit potestatem Laicis reppellendi a se illam directionem, & correctionem ad Deum.

Præterquam ex sui natura directio, & correctio temporalium ad æternum est Salutaris, sed obstaculum temporalium contra talem directionem, & correctionem ad vitam æternam, de sui natura est nociua sibi temporali ad æternam perditionem, & inimica Deo, & præparatæ saluti æternæ temporalium.

Quod si recurras ad casus possibiles Metaphisicè, facto morali non erunt, præterquam eadem possibilitate Metaphisica contra te possunt formari oppositi casus.



P Cap.

Cap. XVIII. XIX.

Barclaius in his duobus capitibus prosequitur solum speciales quasdam rationes Bellarmini, quæ cum nihil habeant commune cum nostris allatis, ideo dimittimus sapientiæ eius defensionem à procacitate Barclaij.

Cap. XX.

Barclaius regrediens ad cap. 3. sui tractatus proponit has propositiones, quas verbositate non ratione apud vento distentos probare gestit. Primo Christianos iure Diuino fuisse subiectos Principibus Etnicis, etiam Hæreticis, etiam pertrahentibus eos ad infidelitatem, & Hæresim, neque eis concedi iure eos à se deijcere, neque deficere ab eorum Imperio.

Propositio 1. Barclaij.

Barclaij 1. ratio.

PRimo dicit, quia antiquitas eas tollerauit.

2. Quia non solum propter iram, sed propter conscientiam subiecti sunt, quod & si Barclaius non probet, est tamen desumptum ab Apostolo ad Rom. 13. A. B.

3. Ad cap. 17. Deut. D. 15. 16. vbi prohibetur à Deo fidelibus eligere sibi Regem Hæreticum, idest qui non sit de numero fratrum, cui Barclaius dicit non tamen per hoc, posse Christianos ab eis recedere, si iam introducti sunt, & in possessione Regni sunt 1. Sicut Deus a se non potest eijcere Iudicē, & si ab eo tentēt am iniquam patiatur, 2. & quia non peccat, qui inexcogitato se periculo naufragij exponit, vt qui inaduertenter rimoso dissolutoque nauigio se committit 3. vt qui vxorem iniquam duxit, contracto matrimonio eam non potest reijcere, & si ante matrimonium poterat eam non habere.

Solutio ad 1. Ad primum, valde differunt Barclaij si nescis, tollerantia de facto, & obligatio iure Diuino ad factum, vel faciendum, plerunquè tolleratur, vel indiferens, vel etiam malum, cui obstare non suppetit vis. Tu proposuisti probare, quod fideles iure Diuino obligantur sub infideli Hæretico, & postea in probationem adducis tollerantiam antiquitatis

tatis

tatis, vbi es Barclaij? vnde venis? vel quo vadis? aliud est tollerantia ab homine etiam à Deo, aliud obligatio rei propositæ ex iure Diuino, hoc argumentum est repetitum ex cap. 6. argum. 1. eius, & alibi.

Ad 2. quod est repetitum ex argum. 5. 4. 6. cap. 3. hu. numquam B. Paulus ad Rom. 13. B. vel alibi expresse obligauit, vel obligatos censuit esse Christianos sub potestatibus infidelibus, & hæreticis Dei mandato ex proposito directo absolute, sed solum dicit esse propter conscientiam subiectos suis sublimioribus potestatibus, & quidem à Deo ordinatis vt ibidem A. & per hoc intelliguntur potestates Christianæ, nam istæ verè completè sunt ordinatæ a Deo, ad Deum, vbi hęretici, & infideles à Deo de ordinati sunt, & pro tali statu mærentur damnationem æternam, & verè potestates Christianæ sunt sublimiores magis quam Etnicæ, & hæreticæ, quia de vera luce Diuina participant verè Deo deseruiunt, & eius mandatis, à quo omnis sublimitas, & sine quo omnis abiectio, hæresis autem, & infidelitas est defectus obscuritas, priuatio Diuinę lucis, & verè potestatis, quia auersæ sunt ab illo, qui est suprema perfectio, & sublimitas, & potentia; forsitan sunt, vel fuere solum potestates infideles, hæreticæ? absit, ab initio fuit Noe Rex Melchisedech Dei veri adorator, fuit Abraam, Isac, Iacob, Ioseph, Moyses, Aaron, Iosue, Iudas, Debora, Gedeon, Iephte, Sāpson, Michas, Samuel, & postea Reges a Saul vsque ad Sedeciam; Postea Machabæi Principes Gloriosi; postea varij Principes adoratores veri Dei vsque ad Saluatorem; facta autem redemptione, diuulgato Euangelio per Apostolos, omnes a Deo sufficienter citati, moniti instructi, illuminati sunt, vt abijcerent infidelitatem, & Deū verū agnoscerent, adorarent, timerent, & ita omnes Principes obligabantur esse Christiani, omnes populi similiter, quare si recusarunt, est defectus, & culpa eorum, non excusatio, vt latè demonstrauimus cap. addito post 12. tit. 1. & cap. 23. 24. tit. 4. Quare omnes tenentur subesse Principibus Catholicis, sicut omnes Principes tenentur esse Catholici, & omnes populi; quare debito Diuini iuris, & obligationis ad illud dictum Pauli intelligitur de Principibus, vel facto, vel debito, Catholicis, & de subiectione fidelium sub eis vt Christianis facto, vel debito.

Quod confirmat Paulus 1. ad Corint. cap. 6. A. B. dum reprehendit fideles, qui sponte pro causis decidendis inter se, dimittebant iudicari a fidelibus sapientibus, & adibant iniquos, iniquos ibi vocat infideles, at si esset obligatio conscientiæ fidelium ad subijci sub infidelibus? quomodo Apostolus confirmatus in gratia potuisset reprehendere fideles adeuntes tribunalia infidelium pro suis causis, & eis consulere, vel etiam mandare vt eligerent sapientes ex fratribus, à quibus iudicarentur? cum ergo tantum delictum in Paulo Apostolo nequeat

P 2 esse

esse, sequitur, quod in cap. 13. ad Rom. B. non potuit aut mandare, aut intelligere debitum conscientiæ fidelium adesse sub infidelibus, & hæreticis, quod comprobatur ex Paulo 1. ad Corint. 7. D. 21. vbi de seruo sub domino suo dicit, seruus vocatus es, non sit tibi curæ, sed si potes fieri liber, magis vtere, dat Apostolus consilium, vel licentiã seruo si potest fieri liber; magis vtatur, at Apostolus non potest dare consilium, vel licentiam contra ius Diuinum, vel debitum conscientiæ; igitur cum consulat seruo, vel licentiet, si potes fieri liber, magis vtere, sequitur seruum non obligari subesse Domino, mandato Diuino absoluto, vel debito conscientiæ, igitur neque fideles obligantur iure Diuino directo, & sub obligatione conscientiæ ad sub esse sub infidelibus & hæreticis, quando sub eis sunt sicuti serui sub dominis, qui sub eis non obligantur iure Diuino, sed consuluntur, vel licentiãtur ab Apostolo, si possunt fieri liberi, magis vtantur 1. ad Corint. 7. D. 21. quæ hic breuiter tacta fusè ostendimus cap. 8. 9. 10. cum ibi additis tit 4. & cap. 24. tit. 3. de Sacerdotio, & Imperio, sed absolutè dicatur hanc propositionem Barclaij, siuè aliorum, scilicet Christianos iure Diuino subdi Principibus Etnicis, Hæreticis etiam pertrahẽtibus a Dei Religione, esse absolutè contra ius Diuinum, Dei iterata præcepta, contra ius naturæ rectum, & ius gentium. Primo quia prępont subiectionem erga Dei Ministrum, Deo rebbellem, vti sunt allegati, ipsi Deo Creatori, Redemptori, vt debeamus subjci Dei mandato rebelli Deo, damnato, declarato, vti sunt hæretici Apostatæ, & quicumquè seductores à religione. Secundo quia adest Diuinum præceptum iteratum fidelibus potestatibus, & priuatis, vt se abstineant à commercio, fædere infidelium, & quorumcumquè fidei noxiorum Deut. cap. 7. cum introduxerit à 3. Non inibis cum eis fædus, & lib. Iudi. cap. 2. A. vbi Angelus comminatur populo, quia fædera, amicitias, habitationem cum infidelibus contraxerit.

Imo adest Diuinum præceptum potestatibus, & priuatis fidelibus, vt quoscumquè seductores sui a religione statim interficiant, & eos, qui apostatarunt à fide, vel alios seduxerunt à fide statim interficiant, nullo permisso viuere, lege Deut. cap. 20. D. 17. 18. 19. De his autẽ Ciuitatibus, &c. cum sequetibus cap. 13. Si surrexerit per totum cap. 12. Hæc sunt præcepta A. 2. subuertite cap. 7. A. 1. 2. Cum introduxerit, &c. percuties eas vsquè ad internitionem, & in numeris cap. 33. F. Si vsquè ad finem. Præcipe filijs Israel, &c. vsquè ad finem cap. & cap. 25. A. 1. 2. & iratus Dominus ait ad Moysen. Tolle Principes populi, & suspende eos in patibulis, &c. & B. C. D. 18. locutus est Dominus ad Moysen dicens. Hostes vos sentiant. Madianitæ, &c. vsquè ad finem cap. 31. A. Exod. cap. 32. F. 26. Si quis est Domini iungatur mihi, &c. Hæc dicit Dominus Deus Israel, ponat vir gladium super

fæmur

famur suum. Ite & redite,&c. cum sequentibus verbis, de quo fusius cap. addito post 30. tit. 2. cap. 2. addito post 10. tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio nostri operis. Videte, irridete huic perfido Barclaio, & socijs, cuius prauitati defecit intellectus. Recede a Theologicis rebus, non est tuum. Perge ad supplices libellos Bertæ Titij, de caligine Hæreticorum venisti Lotus in Catholica fide, adhuc redis ad volutabrum luti hæreticorum, & ignorantiæ Testamenti?

Si autem apponatur de subiectione fidelium sub Rege Chaldeorũ, & sub Rege Antiocho, & sub alijs, dicatur de hac subiectione hæretici, & Apostatæ Reges non possunt gloriari, quasi Imperantes fidelibus, nam par fuit conditio, & calamitas populi, & Regum Israel ob scelus idolatriæ sub Rege Chaldeorum, vt legitur in fine 2. Paralip. quare si tu hęretice Principes dices fideles subiectos fuisse sub Principe infideli, & tu quoquè Rex hæretice in personis Regum Israel, qui Apostatarunt à fide priuatus es à Deo omni Regno, & potestate, sicuti illi, & seruus effectus es sub alijs Principibus, sicuti illi.

Dicatur vlterius differunt valde ea quæ fiunt a Diuino proposito inferente, quo pacto bona, & iucunda, & non pænalia inferuntur, vt rerum creatio, redemptio gratia antecedens, & ita potestates Christianę super populis Christianis legitimo ord. Alia verò sunt ex Diuino proposito cõditionato ex suppositione alicuius Deo displicentis,& sic est pæna ob peccatum, fideles ergo fuere quandoquè subiecti sub infidelibus, non primo proposito, sed secundario, quod sane est temporale, & tollitur purgato peccato, & non fuisset positum, si peccatum non præcessisset, & ita legitur de captiuitate populi, & Regum Israel sub Rege Chaldeorum, & tempore, & liberatione, vt legitur cap. vlt. Paralip. 2. Ieremias cap. 25. vsquè ad 28. inclusiuè,& de captiuitate populi sub Rege Antiocho,& liberatione sub Machabeis 1. Macahab. 2. cum sequentibus,de quibus fusè cap. addito post 9. & addito post 10. & cap. 8. 9. 10. tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio.

Ius autem Diuinum institutiuum potestatum,& subditorum est perpetuum, est in bonum, in iucunditatem, non in pænam, non ex conditione peccati, actualis, sed etiam finè eo, & melius, vbi minora peccata est, & fuit.

Ad 3. non datur vsus, non datur possessio, non datur iustitia propositi contra expressum ius, & mandatum Diuinum prohibitiuum, & ideo cum in Deut. cap. 17. D. 16. habeatur à Deo mandatum prohibitiuum ad populum de electione Regis, qui non sit de numero fratrum, idest de numero fidelium vnitorum in religione Deut. cap. 22. A. 2. Math. 23. B. 9 sequitur, quod contra hoc mandatum Diuinum prohibitiuum per nullum vsum, per nullam possessionem, per nullum actum, vel tempus, nequè per consensum populi possit esse, vel conualidari

ualidari iusto titulo, & actu Regio ille, qui est infidelis, vel hæreticus, respectiuè super fidelibus vnitis in religione secus super populis infidelibus, & hæreticis, nam Diuinum ibi mandatum inhibitiuum institutionis in Regem eius, qui non sit de numero fratrum suorum est promulgatum à Deo respectiuè suo populo fideli ad Regem habendum ex Dei positiua mente, non ad populum infidelem, vel hæreticum ad suos Reges hæreticos, infideles.

Neque valet huius prima Barclaij confirmatio subducta sub argumento nam Deus à ratione non potest a se eijcere Iudicem supponendo quod sit ei Iudex iusto titulo, sine repugnantia ad Diuinum mandatum, quod si esset iniusto titulo, & introductus contra Dei qualificatum mandatum, tunc non esset Iudex illi Deo, & ita Deus eum posset reijcere à se.

Neque secunda similitudo subaddita est ad rem, nam hic non proponitur casus de fideli, qui casu, & in excogitato fit sub hæretico, & infideli Principe; sed qui scienter subest, purgato peccato, satisfacto, pro peccato, Deo, & qui scienter voluntariè perseuerat sub eo, & potest habere occasionem, & opportunitatem separaudi se ab eo, & nō vult vti tali facultate, & hoc casu, dicimus, quod ei obligatione conscientiæ non subest, sed sua voluntate, vel alia causa, absque Diuino præcepto.

Dicatur amplius, quod ille, qui inexcogitato se committit periculo naufragij rimoso ligno, non obligatur tamen debito conscientiæ, & iure Diuino ad stare in rimosa naui, & in periculo naufragij, sed patitur inuitus absquè obligatione iustitiæ stare in rimoso nauigio in periculo naufragij, & proindè ô Barclaij, ista similitudo à te adducta pro confirmatione tui propositi negat, & destruit tuum propositum, quod erat iure Diuino, & obligatione conscientię fideles teneri subesse Regi infideli, hæretico, cum tamen iure Diuino, & obligatione consciētiæ non teneatur quis intrare, & persistere post introitum in nauigio rimoso periculoso naufragij.

Neque vltima similitudo adducta à Barclaio confirmat, sed destruit suum propositum: nimirum, qui rixosam habet vxorem, non potest eam radicaliter dimittere, & alteri adhærere, quia ab initio matrimonium fuit validum, & Sacramentum insolubile; at ille qui est hæreticus, & infidelis respectiuè ad fidelem non est Rex legitime iure Diuino; imo ei obstat ius, & mandatum Dininum ne sit Rex super populo fideli ex suo proposito directo, cum in Deut. præcitato cap. 17. D. 15. prohibeatur in Regem super populo Dei ille, qui non est de numero fratrum, idest fidelium vnitorum. Non poteris alterius generis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus, ibidē quo pacto infidelis, & hæreticus non est de numero fratrum populi Dei, vt ex præ-

citatis, & fusè alias probauimus Deut. 22. A. 2. Paralyp. 19. C. 10. cũ sequentibus Math. 23. B. 9. A. 15. B. 7. 1. ad Corint. 6. A. ad Timot. 6. A. 2. ad Rom. vlt. num. 17. 18. cap. 12. A. 1. Iacob. 2. 1. ad Corint. cap. 1. A. cum seq. 1. Petri 3. num. 8. cap. 5. num. 12. ideo cum ab initio infidelis, & hæreticus non possit esse Rex super populo Dei, ex Diuino decreto prohibente, sequitur quod nullo tempore euadat Rex super populo Dei permanendo infidelis, vel hæreticus, & ideo sequitur, quod populus Dei nullo tempore obstringatur Diuino mandato sub eo, & ideo possit iure, & sanctè ab eo semper recedere, cumq; à se deijcere, sicuti fecerunt Moyses, & Aaron cum populo contra Regem Pharaonem, Mathatias Sacerdos, & Iudas contra Regem Antiochum iustè, & sanctè, Gedeon contra Madianitas, Dauid contra Philistæos, quibus antea populus erat tributarius, & tulit Dauid Frenum tributi de manu Philistijm 2. Reg. 8. A. 1 Ezechias approbatus a Deo recessit à Rege Assyriorum, quibus antea cum antecessoribus erat subiectus.

Cap. XXI.

Barclaius persistit in materia capitis 20. & 3. scilicet fideles iure Diuino subiectos esse infidelibus, & Hæreticis Principibus, ab eisquè iure non posse deficere.

QVia Barclaius huic suo proposito obstare vidit Apostolum 1. ad Corit. cap. 6. A. B. vsquè ad nu. 9. vbi reprehendit vehemëtissimè fideles, qui pro causis inter eos ortis decidendis adibant tribunalia infidelium, & mandat, vt eligant sibi Iudices fideles, à quibus iudicentur, ostendens eis Sanctos de hoc Mundo iudicaturos, & se habere potestatem vtiquè a Deo, iudicandi Apostatas Angelos, quanto magis secularia, ideo Barclaius primo enititur euacuare, & declinare à se vim istius Textus.

Primo ergo dicit fideles, quibus Apostolus mandat, vt eligant Christianos sapientes, apud quos iudicentur habuisse potestatem ex compromisso non a Deo, nequè absolutè aliter, ideo non derogari, quo minus sint iure Diuino sub infidelibus, & hæreticis potestatibus. *Oppositio 1. Barcl. ij.*

2. Dicit Barclaius si fideles vocati fuissent ad tribunalia infidelium debuissent adire, & obedire eis, igitur iure Diuino eis subijciuntur.

3. Barclaius regreditur ad cap. 6. 1. ad Corint. & dicit ibi Paulum allocutum fuisse ad consilium, non ad mandatum, neque ex potestate

cum

cum ibi subiunxerit B. 8. quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

4. Repetendo ex prioribus capitibus Barclaius dicit requiri mandatum a Domino ad liberandum Christifideles ab infidelibus, & hæreticis potestatibus, & ad deijciendos eos à se.

5. Obijcit Barclaius ex quibusdam Doctoribus, & Sanctis esse contra ius Diuinum prohibere fideles stare, & subesse iudicio, & potestati infidelium, vel hæreticorum.

Obijcit 6. Barclaius Reges esse immediatè à Deo, ideo subditum per se, neque aliam creatam potestatem posse se eximere ab eorum potestate.

7. Opponit Barclaius Ecclesiam non eiecisse à se infideles, & hæreticos, propter impotentiam, sed propter carentiam potestatis, addens ex Beato Paulo 1. ad Corint. 5. in fine. Quid mihi de his, quę foris sunt iudicare?

8. Barclaius ex his quasi benè probatis arguit in forma. Subditus nō potest iudicare Superiorem, sed Christifideles sunt subiecti sub infidelibus, & hæreticis, vt ex probatis, ergo non possunt iudicare infideles & hęreticos, ergo neq; eos eijcere a se, neq; separare ab eis Christifid.

Nos ergo primo euaporabimus, & soluemus has nebulas, & pruinas Barclaij postea probabimus totum contrarium ratione, & Sacris documentis, mandatis, & gestis.

Solutio ad 1. Ad 1. verba verba Apostoli hæc tunc 1. ad Corint. 6. A. Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, non apud sanctos? An nescitis, quoniam Sancti de hoc Mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur Mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur negotia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.

Barclaius ergo, aut non intellexit, aut finxit se non intelligere hūc integrum textum Pauli; illis ergo verbis tria præstat B. Paulus, primo reprehendit Christianos, qui pro causis suis adibant Iudices infideles, audet aliquis vestrum, 2. vt deducat consequentiam sequentem Paulus interponit potestatem Sanctorum ad iudicandum, & suam potestatem ad iudicandum Angelos, hinc à maiori ad minus arguens, multo magis dicit se habere potestatem iudicandi sæcularia, ibiquè sæcularia intelliguntur, ex præmissis, causæ, & litigia Christianorum, & cæterorum, quæ Angelis sunt minora cum argumentum eius sit ab Angelis iudicandis ab Apostolo ad iudicandum sæcularia, ibiquè sæcularia intelligit d finita ab æternis, cū prius dixerit de iuditio super Angelis, qui sempiterni erunt, qua ratione non solum Ecclesiastici, sed etiam omnes homines Laici subditi, & potestates comprehenduntur,

cum

cum hi omnes mortales corporales sint distincti ab æternis quo ad vitam præsentaneam in hoc Mundo. Tertio B. Paulus, stabilita potestate Sanctorum, quos ibi vocat Christianos, infideles vero nominat ibi iniquos, ad iudicandum Mundum, & suam potestatem ad iudicandum sæcularia, ex maioritate Iudicij tui super Angelis, concludit reprehensionem, & ita de malo, quia reprehensio ab Apostolo non potest esse de bono contra bonum aduersus Corinthios qui adibant Tribunalia infideliū pro decisione suarū causarum, hinc mandat ex potestate fidelibus, vt inter se eligant viros Christianos, à quib⁹ iudicētur.

Esto ergo Barclai.

Reprehensio Pauli contra Corinthios non est ex compromisso eorum, quia ibi non legitur Corinthios adijsse Paulum, eiquè dedisse arbitramentum vt se reprehenderet, sed Paulus intellecto eorum malo, carpit, reprehendit eos ex potestate à Deo accepta, vt ex allatis, quia potestatem iudicandi Angelos non ex compromisso, sed a Deo habet, igitur & ad iudicandum sæcularia cum arguat à maiori ad minus à potestate iudicandi Angelos ad potestatem iudicandi sæcularia, non ex compromisso, sed a Deo habet, Tu es vas electionis, vel est vas electionis, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus Act. 9. C. 15. 16. Amen dico vobis Quidquid ligaueritis super terram, erit ligatum & in Cœlis Math. 18. C. Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantium duodecim Tribus Israel. Math. & Daniel cap. 7. F. 23. & iudicium dedit, Sanctis excelsis, &c. & Regnum obtinuerunt Sancti G. 27. Regnum autem, & potestas, & magnitudo Regni, quæ est super omne Cœlum, detur populo Sancto Altissimi, cuius Regnum sempiternum est, & omnes Reges seruient ei, & obedient.

Pariter potestas Sanctorum ad iudicandum Mundum est ex Deo, non ex compromisso Mundi, vt patet ex præmissis, & potestas Apostoli ad iudicandum Angelos, non est ex compromisso Angelorum, sed ex Diuina potestate, & ita potestas Pauli ad iudicandum sæcularia non est ex compromisso sæcularium in Paulum, sed ex Diuina potestate, & ita Christiani, quibus mandat Apostolus, vt eligant sibi Iudices Christianos, non ex compromisso, sed ex mandato Apostolico, & ita ex sibi communicata potestate Apostoli Diuina eliguntur sicuti ordinarij, & delegati a suo Principe, & sicuti submissi delegati Iudices à Moyse, ex potestate, & spiritu eius sibi communicatis erant Iudices, & iudicabant Exod. 18. C. D. in num. 11. C. D. Deut. 1. C. cap. 16. D. 18. elegerunt Iudices, & ita Iudices, ab eis electi fuerunt Iudices electi ex potestate Diuina communicata eis per Apostolum mandātē non ex compromisso eorum.

Præterquam compromissum est de re litigiosa consensus actoris, &

Q Rei

Rei in vnam personam ad decidendum in specie talem, vel talem causam eorum, electio verò ex potestate illa est, quæ fit a multitudine, à populo à iussis à suprema potestate, sicuti etiam Reges eligebantur à populo, propterea si electio Iudicum à Christianis aliqua de reminuta fuit ex compromisso, non constat in dicto textu, & dato quod aliqua fuisset ex compromisso, generalis tamen electio à multitudine Christianorum Iudicum non fuit ex compromisso, sed ex mandato Apostolico, & ita ex virtute Diuina Apostoli, ad seipsos transmissa, & cōmunicata, & alias etiam fuit ex communi potestate populi, sicuti, & electio Regum a populo.

Et cum Saluator sit Omnipotens, data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra, Math. in fine, & Apostoli fuerint eius amici, fratres, commensales, quibus Deus Saluator demandauit suam potestatē, & hæretici, & infideles foris sint, & serui damnati, nefandum, & bestiale diabolicum est dicere, vel cogitare Saluatorem totam, vel partē suæ potestatis, quam habet ne dum in Cœlo, sed etiam in Terra communicasse solum his qui foris sunt, seruis damnatis, non proprijs filijs, comitibus, fratribus, delegatisquè, scilicet Apostolis, & per hos non fuisse a Deo, & non esse transmissam potestatem cæteris Christianis, maximè ordinatis a Deo super alijs in terra. Maximè quia potestas est bonum, & à Deo, ideoque debet esse communicata magis bonis, & approbatis à Deo, & ei propinquis, quales sunt Apostoli, & cæteri Christiani, quam remotioribus, exosis Deo, ipsi rebellibus, sicuti sunt infideles, vulgato Euangelio, & Hæretici, & Apostatæ.

Sed dato, & non concesso quod illa potestas iudicialis Christianorū sit ex compromisso, est tamen ex compromisso bono laudato consulto approbato ab Apostolo, ergo non est contra ius naturæ, vel Diuinum, ergo iure naturæ, vel Diuino fideles non obligantur iudicari ab infidelibus, quia absquè peccato, imo per consilium Pauli, & compromissum approbatum ab eo, vice iudicari ab infidelibus, iudicabantur iustè sanctè a iudicibus Christianis, quos elegerant, etiam si ex compromisso vt tu dicis, illud autem compromissum esset iniquum, & peccatum, quod aduersaretur iuri Diuino, ideo si iure Diuino Christiani fuissent obligati Iudicari ab infidelibus contrarium compromissum eorum, quo non iudicabantur ab infidelibus, sed à fidelibus, tanquam eliminans Diuinum ius, fuisset peccatum, quod nulla ratione ibi potest dici, nam si illud fuit compromissum, fuit compromissum laudatū, approbatum, & mandatum ab Apostolo confirmato in gratia Dei.

Ex tuo ergo met responso Barclai retorquetur destructio tui principalis propositi; Vide si insanis? si vertiginosus es? si palpas tenebras ex Dæmone fumante in tuo cerebro contra Apostolos, & Christianos ad fastum, & gloriam infidelium, & hæreticorum?

Dica-

Dicatur amplius Paulum non ex compromisso, sed ex Diuina potestate habuisse ius Diuinum iudicandi fideles,& etiam Apostolos exẽplo præcedenti figuræ Moysi, & Aaron, qui vterquè erat Ecclesiasticus, scilicet de Tribu Leui: nam vterquè non ex compromisso populorum, vel Regis Aegipti, sed à Deo iudicarunt, & læthalibus prodigijs damnarunt Regem, & Regnum Aegipti, liberarunt populum ab eis, & populum iudicabant Exod.6. per totum cum sequentibus,& Sampson, & Samuel iudicabant populum Dei non ex compromisso, sed ex Diuina potestate accepta lib. Iud. cap. 16. in fine 1. Reg. ca.7. D. 15. iudicabat, erat autem Samuel munere Ecclesiasticus 1. Reg. 7. C. 10. & Sampson Ecclesiasticus, vt pote Nazareus, idest ab infantia Deo consecratus, lib. Iud. cap. 13. A. 5. 6. & iste exercuit Deo placẽter potestatem contra Philisteos, si ille cum Israel ante tributarius fuisset vt ibi, & subiectus Philisteis cap. 14. A. 4. 5. erant autem illi figuræ Apostolorum, & Successorum eorum, nec minor Paulus potestate Moysi erat.

Præterquam in Deut. cap. 17. B.C. Dei mandato exprimitur, quod supremus Sacerdos non ex compromisso, sed ex Diuina potestate collata habebat potestatem iudicialem etiam per recursum super causis Laicorum, & iudicum, quanto ergo magis supremus Sacerdos Euangelicus, quod comprobatur, quia non ex compromisso populorum, sed ex Deo dicente, conferente recepit potestatem ligandi,& soluendi super terra cum confirmatione in Cœlis Math.16. & Ioan. vlt. Pasce Agnos meos, certè Pastor perfectus non habet potestatem ex compromisso ouium, agnorum, arietum, sed à Domino gregis, igitur Beatus Petrus habuit à Deo potestatem non ex compromisso regendi, corrigendi, & defendendi Christifideles ad æternam salutem.

Ad 2. aliud est factum, aliud ius faciendi, & debitum obediendi. Si Christifideles citati fuissent coram Ethnicis, & non habuissent facultatem se defendendi ab eis, erat eis obediendum, saluo Deo, vi, & metu vitę, quam non debemus profundere, nisi pro causa Creatoris, Redemptoris, & facto violento, non iure potestatis eorum super eis, nequè debito obligatione fidelium ad esse sub eis, hoc autem argumentum est repetitum ex 4. argum. cap. 3. Barclaij, vide ad illud ibi aliam solutionem. Ad 2.

Nequè est verum, vt repetit ex cap. 3. Barclaius, fideles infidelibus fuisse iure naturę, vel Diuino directo ex proposito subiectos, sed solum aliquando ad tempus subsequenter, conditionaliter ex præuio peccato, quod non erat ex Dei voluntate, sed ex voluntate eorum, & in pœnam eius, ita vt absquè peccato non fuissent subiecti illis, & deleto peccato liberati fuere, vt toties constat in scriptura sancta 2. Paralip. cap. vlt. Ierem. 25. vsquè ad 28. inclusiuè de seruitute populi

Q 2 Dei

Dei sub infidelibus in pœnam peccati, & de liberatione ab eis purgato peccato, vt sub Iosue, Gedeone Sãpsone, Iuda prius, & Samuele, & postea sub Regibus, & tandem sub Rege Chaldeorum vt præcedenti cap. 20. dictũ fuit fusius, & cap. addito post 9. tit. 4. de Sacerd. & Imp.

Quod autẽ est Diuino iure ex proposito, etiam durat, purgato peccato, & melius confertur absque occasione peccati, & confertur ad iucunditatem, & non ad pœnam, propterea subiectio illa fidelium sub infidelibus ex conditione delictorum in pœnam eorũ non fuit iure Diuino ex antecedente proposito illatiuè, sed ex defectu peccato eorum.

Ad 3. Dato quod illa verba Apostoli 1. ad Corint. cap. 6. B. 9. quare non magis iniuriam accipitis? quæ referuntur ad præcedentia, sint de consilio, hoc destruit tuum propositum, si enim est de consilio Pauli Apostoli, vt fideles potius iniuriam, & fraudem patiantur, quam adire Tribunalia infidelium pro decisione suarum causarum: Igitur oppositum, scilicet fideles subesse sub infidelibus, & ab eis iudicari non est iure Diuino, & de Diuino mandato, quia oppositum consilium ab Apostolo confirmato in gratia, est, vt magis fideles patiantur iniuriam, & fraudem, quam adire Tribunalia infidelium, si illa verba Apostoli, vt oportet, referantur ad præcedentia proxima.

Dicatur amplius, primum est mandatum Apostoli ibi Corinthijs vt in causis proprijs iudicentur à fidelibus iudicibus, non ab iniquis, idest Etnicis, vt ad 1. huius cap. fusè constat, quod postea confirmat addẽs Apostolus, quod magis debeant accipere iniuriam, & fraudem pati, quam adire (vt supra dixerant) Tribunalia infidelium pro decisione suarum causarum, & cum sit de iure priuato naturæ tueri se, & bona, grande est illud prius mandatum Apostoli Corinthijs, quod magis debeant cedere iuri suarum rerum, quam committere facinus petendi Tribunalia infidelium pro decisione suarum causarum: à consilio ergo Apostolico, quod sanè est de bono, & de meliori, Apostolus confirmat reprehensionem factam Corinthijs, ne de cætero pro suis litigijs adeant infideles Iudices, quod confirmatur per dicta eiusdẽ Apostoli præcedenti cap. relata 1. ad Corint. 7. D. 21. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ, sed si potes fieri liber, magis vtere, igitur non subijciebatur sub Domino, Diuino precepto, cũ liberatio ab eo seruo admittatur ab Apostolo, & Apostolus non potest contraire iuri Diuino.

Ad 4. De mandato à Deo B. Petro, &c. De isto mandato fusè inuenies cap. 5. ad 2. & 3. ex quibus Barclaius hic repetit.

Dicatur ergo primo non requiritur mandatum speciale Dei ad liberãdum fideles ab infidelibus, quia eorum subiectio sub illis non erat ex Diuino mãdato directo antecedente, sed accidentaliter consequẽter in pœnam peccati, quod in via pendet ex voluntate creaturæ, vt ex probatis vt ad 2. hu. cap. 21. & cap. 20. ad pr. & ca. 25. 24. tit. 3. ca. 8. 9.

cum

cum additis tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio operis nostri.

Dicatur amplius, non requiri tale nouum mandatum à Deo, quia per Apostolum vel mandatur, vel consulitur Corinthijs, ne adeant Tribunalia infidelium pro suis causis, sed a Christianis iudicibus electis iudicentur 1. ad Corint. 6. A. B. vt supra hic.

Tertio quia Apostolus dat licentiam seruo, suppetente facultate, se eximendi a seruitute, vt ex præcitatis 1. ad Corint. 7. D. 21. sed si potes fieri liber, magis vtere.

Quarto quia Deus in Deut. cap. 17. D. præcitato cap. 20. hu. ad 3. prohibet fidelibus electionem in Regem illius, qui non sit de numero fratrum, idest eiusdē vnionis religionis supra cap. 20. in fine proindè cùm ab electione, principio, & conditione electionis, & principij cætera consequentia moderentur, hinc ex Dei proposito instituente, tollitur omnis obligatio fidelium sub infidelibus, ideo ad recedendum ab eis non requiritur nouum Dei mandatum.

Numquid nouum mandatum habuit supremus Sacerdos Matathias cum Iuda filio à Deo eximendi se à Rege Antiocho, & arripiendi arma contra eum? Deo postea approbante in effectu cum magna bellorū gloria 1. Macab. 2. cum sequentibus? nullum sanè, sed solum debitum erga Deum, & religionem, quod præualet cunctis potestatibus sæculi, & ita erat mandatum congenitum cum obligatione creaturæ erga suum Creatorem.

Numquid nouum mandatum habuit Sampson à Deo irruendi in Philistæos? & incipiendi liberare populum ab eorum potestate? habuit quidem ab Angelo prænuntium, antequam nasceretur, & Deus quærebat occasionem contra Philisteos vt puniret eos per Sampsonem, sed mandatum nouum Deus ei non dedit contra Philistæos & pro liberatione populi Dei ab eis lib. Iud. cap. 13. A. 5. 6. cap. 14. A. 4. 5.

Numquid Sampson mandatum nouum habuit à Deo, quado Leoni rugiēti seruo ob viam facto Patri, & Matri suæ occurens, & discerpsit eum pro defensione parentum? nullum sanè lib. Iud. cap. 14. B. quia obligatio naturæ ad illud mouebat Sampsonem, & ita obligatio supremi Sacerdotis, cum sit a Deo tamquam Pastoris perfecti super Agnis, & Ouibus, sine alio Dei nouo mandato, est, vt creditos filios defendat, & liberat ab infidelibus; & hæreticis, qui sunt vt Lupi, vt Leones insidiantes, inhiantes gregi Christianorum.

Nùmquid enim Dauid nouum mandatum à Patre suo habebat, & præstolabatur, quādo occurrebat Leonibus, & Vrsis diripiētibus gregem? nequaquam, quia vice noui mandati habebat munus Pastoris, & amorem propriarum rerum contra infensas belluas gregi, 1. Reg. 17. B. 15. E. 34. quod si contendatur de mandato, est mandatum congenitum cum potestate accepta à Deo regendi defendendi ab infensis vias,

&

& viatores ad Deum ipsius B. Petri,& Successorum Ioan. vlt. Pasce oues meas, &c. & est mandatum congenitum cum fideli contra rebelles Dei hostes religionis, sicuti sunt hæretici, & infideels,sicuti quando Elias obtruncauit illos quingentos Sacerdotes Regis Achab, nullũ à Deo nouum mandatum habuit, sed habebat antiquum mandatum congenitum a Deo sibi cum obligatione sui erga Deum, & religionẽ super omnia 3. Reg. 18. G.40.

Numquid enim, quando Samuel in frusta concidit Regẽ Amalec, nouum mandatum à Deo habuit,non sed solum mandatum, si mandatum dicendum est, congenitum cum debito suæ potestatis, & erga religionem,& iustitiam, quam offenderat Rex Amalec 1. Reg. 15. A.G.

Et vniuersaliter subditorum Principis, & multo magis Dei, est abhorrere ab eorum rebellibus, & hostibus,& eos eijcere à se pro posse, sunt autem infideles, & hæretici vere Deo rebelles, hostes damnati publicati, enuntiato Euangelio, vt ex terminis patet, & fusè ostendimus cap. 23. 24. tit. 4. hu. operis.

Ad 5. Ad 5. iam diximus hic, & cap. 20. & cap. 3. huius responsi aliud esse de subiectione fidelium sub infidelibus, vel hæreticis, aliud de subiectione infidelium, & hæreticorum sub suis Principibus hæreticis, vel infidelibus fideles non subijciuntur iure Diuino instituente ex proposito sub infidelibus, vel hæreticis, imo hinc expressè obstat Diuinum mãdatum Deut. 17. D. vbi Deus iussit institutionem Regum super fidelibus fore de numero fratrum, non hominis, qui non esset frater tuus, hoc est vnitus in eadem religione veri Dei, vt supra hic,&c. & cap. 20. ad 3. sed ad summum fideles subiecti fuere sub infidelibus, Diuino mandato conditionali præscripto in pœnam peccatorum populi, & Regum Israel, ita vt si non peccassent non fuissent subiecti, & dato peccato, & purgato liberati sunt, sicuti cap. vlt. Paralip. Ierem. cap. 30. B. & cap. 28. A. 3. cap. 29. E. cap. 27. A. 5. B. cap 26. D. 13. cap. 25. A. B.& alibi, &c. infideles autem, & hæretici subiecti sunt sub suis Principibus iure Diuino ad instar naturæ inchoato, non completo, nam ita sunt à Deo, vt non sint ad Deum, sed a Deo auersi, & per hoc damnati de quibus fusius cap. 9. 10. cum ibi additis tit. 4. de Sacerdotio, & Imperio, & cap. addito post 12 tit. 1. ca. 23. tit. 4.

Ad 6. Ad 6. repetitum ex cap. 3. post solutionem ad 9. vide §. Rimande cum sequentibus, & cap. 5. ad 1. §. Præterquam ibi docetur ius Regium à Deo esse conditionatum, & limitatum, vt sit de numero fratrum, idest Catholicorum supra cap. 20. in fine,& ad 3. vt sit Dei Minister, non auersus à Deo, sit propter iustitiam, non iniustitiam distribuendam, Sap. 6. A. B. sit propter obedientiam Deo, & legi eius Leuit. 26. C. 14. quod si non audieritis vsquè ad G. in num. 27. D. vsquè ad finem ad Rom. 13. B. 1. Reg. 13. C ca. 15. per totu, 3. Reg. ca. 11. B. 12.

B. 12. & 13. & cap. 2. A. 4. cap. 8. C. 25. non auferetur 2. Paralip. 6. C. 16. Non aufertur vir de te corã me, qui sedeat super Tronũ Israel, ita tamen si custodierint filij tui viam meam, vt ambulent coram me. præcit. 3. Reg. 8. C. 25. & cap. 2. A. 4. Sicuti, & vita hominis est immediatè a Deo, iuxta tamen dispositionem organicam, qua sublata per febres, vel aliam iacturam, anima recedit, sicuti vita hominis est immediatè à Deo, si tamen euadat latro, homicida, iustè, & per Iudices ex Dei mente vita priuatur. Ideoquè si homines qui gestant potestatem regalem, sua prauitate spolientur prædictis conditionibus volitis à Deo eo ipso à Deo priuati sunt iure Regio, vel si ãtea numquam tales cõditiones habuerunt, numquam apud Deum fuerunt Reges, cum ergo Pontifex & sit interpretator Diuinæ mentis scriptæ, & Diuinorum gestorum, & amplius sit potestas Vicaria à Deo super his, quæ ordinantur per legem ad Deum, & contra contraria illis. Ioan. vlt. Math. 16. ad Hebr. 5. A. in num. 17. & cap. 27. D. vsquè ad finem, & fusè cap. 2. 3. cum seq. tit. 2. & cap. 4. 7. 8. 11. 12. tit. 1. de Sacerdotio, & Imperio, & cap. 2. addito post 28. tit. 2. ibi & cap. 29. ibi cum additis, hinc Pontifex vbi agnoscit in subiecto, vel numquam fuisse illas conditiones Diuini iuris, vel postquam fuerint, ex prauitate subiecti fuisse eliminatas, & alias nouas repugnantes illis Diuinis conditionibus iuris Regij esse introductas ex volũtate subiecti, tunc iuxta ius Diuinum conditionatum regale, iuxta Dei mentem, & potestatem sibi à Deo delegatam ostendit, & denuntiat tale subiectum, vel numquam habuisse illas conditiones iuris Diuini Regij, vel post habitas, amisisse sua prauitate, ideo esse subiectum à Deo priuatum iure Regio & potestate, sicuti corpus remanet mortuum exortis completis indispositionibus in illo repugnantibus conditionibus vitæ, & per suam potestatem Vicariam in his quæ ad Deum pertinent, & contra ea, quæ auersantur Diuinæ scriptæ menti sententialiter eos priuat, & declarat esse priuatos iure Regio, & potestate, & ita liberat populos à obedientia illius, a quo iam recessit Deus, & ius Regale, sicuti à corpore indisposito vltimo, anima recessit, & ipsum remanet mortuum, veluti truncum, vt fusius supra cap. 3. post solutionem ad 9. §. rimandæ cap. 5. ad 1. & supra hoc cap. 21. hoc eodem responso ad 6. ita egit Gregorius 7. contra Henricum 3. Imperatorem Alexander 3. cõtra Fridericum teste Platina, & Innocentius 4. in Concilio Lugdunensi cap. ad Apostolicę, &c. traducto ad tit. de sent. & re iud. in 6. vide supra cap. 4. ad 4. 5. & cap. 9. ad 1. 2. & 3. hu. responsi.

Ad 7. iam constat per responsum ad 6. hu. ca. 21. & ibi citatis Pontificem constare potestate denuntiatoria, & iuditiali ad priuãdos Reges potestate, vbi ipsi per nouas conditiones in se introductas repugnant conditionibus iuris Diuini Regij, & Diuini propositi de institutione Ad 7.

tutione

tutione, vita, & fine Regis,&c. neque contrarium probat ex cap. 5. in fine 1. ad Corint, quid mihi de his qui foris sunt, nam hic non negatur potestas Apostoli ad prædicta, sed enuntiatur completa potestas per Diuinam sententiam cōtra eos, qui foris sunt, nam damnati sunt. Marcus in fine D. dicatur amplius ex illo textu Pauli, si benè totus cōtextus legatur concluditur, & ennaratur correctio morum Christianorum ab Apostolo non correctio morum infidelium nam isti carent fundamento, & vita quæ est fides, nam exordium dicti cap. 5. 1. ad Corint. est Pauli dolor, & increpatio de incęstuoso, ex quo liquet nōn tractasse ibi de potestate super Regibus, neque eam negasse, quam potestatem tamen super Regibus, & cæteris ex causa offensæ contra spirituale Paulus denuntiat se habere 1. ad Corint. 6. A. an nescitis, quod Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? supra hoc ca. 21. ad 1. ad 3. & Apostolus Petrus, cum verbo, non milite, non gladio, sed Diuina potestate spirituali, & ita æqualiter in omnes, per temporale offendentes spirituale exanimauerit ne dum potestate, sed vita Ananiam, & Zafiram A. 15. A. B. vti offensores Spiritus Sancti ex venditione agri, & relatione quotæ iusti pretij, vt supra cap. 17. ad. 2. huresponsi supra cap. 4. ad 1. & per 29. argum. imo in vmbris Testamenti veteris, quæ significabant Euangelicum statum Samuel talem potestatem habuit, & exercuit contra Regem Saulem, & Amalec 1. Reg. 15. per totum vide, &c. & eandem habuit Moyses, & Aaron, qui ambo erant Ecclesiastici, scilicet de Tribu Leui Exod. 2. in num. 26. G. contra Regem, & Regnum Ægipti, quia obstabat Diuino honori, at mandato ei denuntiato, & populo viatori ad Diuinam vocationem, cap. 5. & 6. cum seq. in Exod. est autē Pontifex Euangelicus terminus vmbrarum Ecclesiasticorum, & Sacerdotum, & Dei Nuntiorum veteris Testamenti, sicut, & sacrificium, & Sacramenta Euangelica sunt termini sacrificiorum veteris ad Hębr. 9. G. 23. cap. 1. per totum cap. translato de constit. Math. 16. Quidquid ligaueris. Ioan. vlt. Pasce agnos meos, Math. 5. B. 17.

118. Imo totum oppositum in forma deducitur cōtra Barclaium ex pręmissis probatis ita scilicet.

Superior in re de qua potest iudicare inferiorem, sed Pontifex Euangelicus est superior super Regibus, & Principibus sæculi per directionem, & correctionem ad æternum, ad quod subordinantur, & animæ, & temporalia, & per defensionem viarum, & viatorum ad illud ab infensis, quæ & spiritualia mala, & temporalia maximè potestatiua possunt esse vt sępius ex probatis, est inquam superior, imo absolutè potestas, & illi in illo ordine sub illa forma sunt viatores, & mobilia per media ad finem. est enim potestas Pontificis à Deo super vijs & viatoribus per Euangelij obseruantiam ad Deum, ad vitam æternā,

&

& per coincidentiam super deuijs, & contrarijs contra prædicta per correctionem eorum, & defensionem ab illis incorrectis, & infensis. Math. 16. quidquid,&c. Ioan. vlt. Pasce agnos meos ad Hæbr. 5. A. Omnis Pontifex Exod. 28. A. & per totum in num. 17. per totum 1. Mach. 2. in num. 25. C. D. Igitur Pontifex potestate Diuina accepta à Deo in specie, & singulari personali, quæ Diuino verbo perpetuatur in Successoribus à B. Petro vsquè ad finem Mundi, eos potest iudicare, corrigere, & incorrectos remouere priuare potestate, & Regno, si deuiant ab illo æterno, vel si contrariantur vijs, & viatoribus ad æternum, obstinatè contumaciter contra præmissas monitiones.

Cap. XXII.

Barclaius cap. 22. persistens in materia cap. 20. 21. asserit Pontifici non competere potestatem eijciendi Reges Hæreticos, & Infideles vrgentes Christifideles ad infidelitatem, & hæreses, nequè ab eis populos posse recedere, vel liberari.

TOta substantia huius capitis Barclaij consistit in duabus ignaris, & peruersis blasphemis propositionibus, quas nos seligimus, & hic adducimus, de cętero Barclaius persequitur quędā respōsa Bellarmini. Prima ergo propositio eius est. Tolerare Regem hæreticum, vel infidelem super populo Christiano conantem eum peruertere à vera religione Dei, non est exhibere religionem, & Catholicos periculo fidei, sed solum pati religionem versari in periculo.

Prima propositio Barclaij.

Altera propositio Barclaij, sanè horrenda blasphema super cunctis elationibus Luciferi, prorsus ateisma est. Pari iure Diuino esse Regem etiam hæreticum, & infidelem, & religionem veri Dei, & esse æqualia, & ius Regis, & ius religionis, ideoquè pari lance tenenda est religio, & Rex etiam hæreticus, & infidelis, & ius vtriusquè æqua lance seruandum, nequè licet propter tuendam religionem perdere Regem hæreticum, vel infidelem, vel ab eo deficere.

2. propositio Barclaij.

Quo ad primam propositionem, ignominiosa vulgari ignorantia, & perfidia inuoluitur, nam altera est obligatio priuati hominis, altera hominis habentis Potestatem à Deo regendi, corrigendi, defendendi à contrarijs super materia de qua.

Solutio ad 1.

Vtiquè priuatum hominum illud tollerare, maximè dum neq; priuatæ vires sufficiunt, est pati religionem versari in periculo, sed non

R exibe-

exibere religionem periculo, tamem si quicumquè priuatus pro viribus, debito creaturæ erga Creatorem, est publica persona, & potestas contra quoscumquè infensos religioni tentantes se, & alios seducere à religione veri Dei, tale enim est debitum creaturæ erga Creatorem super omnia.

Pontifex autem Euangelicus habet à Deo potestatem, & cum potestate congenitum mandatum 5. cap. 21. ad 8. & ad 4. sicuti dirigendi, & corrigendi vias, & viatores per obseruantiam Diuinæ legis ad Deum, ad vitam æternam, ita per coincidentiam habet potestatem à Deo defendendi vias, & viatores à Deo a quibuscumquè infensis, nam Saluator ita instituit B. Patrum super hominibus ad Deum, sicuti perfectum Pastorem super agnis, & ouibus à perfecto sapientissimo Domino, non sicuti Mercenarium, nam hunc damnat Saluator, at non damnat suam institutionem, & collatam potestatem B. Petro Ioan. 10. & cap. vlt. Mercenarius fugit à Lupis, & cæteris bestijs gregi inhiantibus, & relinquit oues versari in periculo, & hoc præstando, exhibet oues periculo. Igitur Pastor non Mercenarius, qualis est Pontifex ex proposito Diuinæ institutionis, ita est à Deo superpositus hominibus per ducatum ad salutem æternam, vti Pastor super ouibus, vt eos debeat defendere à quibuscumquè infensis periculosis aduersis religioni, & cultoribus religionis, & fini æterno, qui est salus æterna, quæ probauimus fusius cap. 4. & 5. hu. operis scilicet responsi contra Barclaium, & expressè in Testamento veteri habet Pontifex à Deo mandatum ad non permitendum fideles sub hæreticis, & alijs pertrahentibus à religione, sed ad arcendum eos, & obtruncandum cap. addito post 30. tit. 2. hu. & hoc responso cap. 20. ad 2. Exod. 32. F. 27. vsquè ad num 30. in num 25. Morabatur A. & iratus Dominus ait, tolle, & D. 18. in fine cap. 31. A. B. cap. 33. G. 51. vsque ad finem. Deut. 7. A. 3. cap. 13. per totum.

Et propterea Pontificem permittere populum Christianum subesse Principi infideli, vel hæretico conanti abducere Catholicos à vera religione, eosquè super eis regnare suppetentibus viribus, & opportunitate præter transgressionem Diuini mandati, esset nedum pati religionem versari in periculo, verum etiam illã exhibere periculo, quod documenta sacra demonstrãt, nam populus permittens se habere Regi Ieroboam, & tollerãs conatus eius abducendi se à religione ad idolatriam, de pati se versari in periculo religionis tandem prolapsus est in defectum à religione, & in scelus idolatrię 3. Reg. 12. G. cap. 13. A. B. quod contigit etiam Iudex 3. Reg. 14. F. 23. & Deus præcepit Regi Salomoni ne ad mulieres gentiles transiret, ne abducerent se à religione Salomon Rex primo passus est consortium earũ, & de tollerantia miserrimè ruit in idolatriam 3. Reg. 11. populus Dei primo

passius

passus est conuersationem cum illis nationibus idolatris, quas Dei mādato debebat extirpare Deut cap. 20. D. 18. 19. cap. 13. per totum. cap. 12. A. cap. 7. A. B. indè per istam tollerantiam conuersationis cū eis, per eas lapsus est in idolatriam, & ob hoc dire à Deo punitus lib. Iudi. cap. 2. A. Cap. 11. 12. D. 19. 20. in num. 33. F. 51. Præcipe G. 55. 56. sin autem vsque ad finem. Igitur ex Diuina præmonitione, & comminatione a Deo, & facto secuto, pati ex arbitrio religionē versari in periculo, vel idem est, vel vertitur in idem, ac exhibere religionem periculo, & veros Dei cultores periculo perdendi religionem, ideo cum Pontifex à Deo sit institutus caput post se religionis, defensor eius, director, & corrector hominum per religionem ad Deum, nec debet exhibere religionem periculo, nequè pati versari in periculo, idemq; vtrumquè debet existimare, ideo eijcere pro posse a fidelibus Principes hæreticos, & infideles offensores religionis, &c. & occidere iuxta præallegata cap. addito post 30. tit. 2. hu.

Sed quidquid sit de pati Religionem versari in periculo, & exhibere religionē periculo, dico, & probo, quod Pontifex neque debet exibere religionē periculo, neque pati eam versari in periculo, neq; fideles ob Reges, vel alios Principes infideles, hæreticos infenios religioni veri Dei, ideo debet remouere pro posse, & infideles, & hæreticos Principes conantes pertrahere fideles à religione.

Primo quia prima obligatio hominis est erga Creatorem Redemptorem. Glorificatorem super omnia, quia & Creator est super omnia & creatura absolutum esse, & perfectum esse, & omnia trahit a Creatore super, & magis, quam à creaturis, ideo vbi scelerati homines Principes, & alij contra religionem, quę est cultus, & honor, & timor, & recognitio veri Dei, & obedientia eius mandatis enituntur, omnes pro viribus tenentur occurrere, obstare reijcere, etiā pati vitę dispēdiū.

Altera ratio, est specialis potestas eius a Deo, qua vice Dei est constitutus Princeps, est effectum caput, & suprema potestas in religione & professoribus vt ex probatis, ideo ita ex Dei instituto debet regere, & corrigere viatores per religionem ad Deum, vt etiam defendere debeat a quibuscumq; offensiuis, & contrarijs, quæ enim esset potestas regendi, corrigendi, custodiendi homines ad vitam æternam, si non posset, & non deberet defendere viatores à potestatibus, & quibuscumquè obstantibus periculosis insidiantibus religioni, & religiosis? Ideo Pontifex nec exhibere religionem periculo, nec pati eam versari in periculo, aut potest, aut debet.

Etiam pueri clamauerunt, cum non haberent alia arma contra illum scelestum Regem Antiochum conantem extrahere fideles a religione, & impellere ad idolatriam, non obedimus præcepto Regis, sed præcepto Legis, quæ data est nobis per Moysen 2. Machab. 7. F. 30.

R 2 &

& Matathias Sacerdos trucidauit ministros Regis Antiochi impellẽtes fideles ad idolatriam, & factum ita Deus facto excelso comprobauit vt propter hoc eum, & Iudam filium eius prouexerit contra acies Regis Antiochi ad victorias, & triumphos 1. Machab. 2. cum sequẽntibus ecce non passi sunt religionem versari in periculo, & hos Deus glorificauit, numquid ergo Pontifex Dei Vicarius hoc pati, aut poterit, aut iustè debebit? nullo modo sicuti enim est potestatis maioris potestatis à Deo illis, ita maioris debiti erga religionem veri Dei.

Solus speculator, solus denuntiator proclamator deputatus a Deo habet pro suo munere debitum clamandi admonendi turbandi gladiũ superuenientem, aliter sanguinem occisorum ab hostibus Deus requirit à turbatore, a denuntiatore, à speculatore Ezechiel 33. & ibi agebatur solum de corporum salute temporali, quanto ergo magis Pontifex qui à Deo non est constitutus solus speculator, proclamator, sed Dei Vicarius cum potestate ligandi, & soluendi super hominibus ad æternum, cum confirmatione in Cœlis Math. 16. & tamquam perfectus Pastor à Deo super hominibus pascendi eos per hos mortales trãsitus ad æternum Ioan. vlt. esset reus Diuini iudicij, & perditionis æternę fidelium, si pateretur eos occupari seduci à cultura veri Dei, vel periclitari per regimen, & potestatem Regis hæretici vel infidelis.

Sampson non est passus Patrem, & Matrẽ versari in periculo Leonis sæui rugientis, quia filius eorum erat, debitum naturæ erat; Imo, & spiritus Domini statim irruit in eum contra Leonẽ, eumq; discerpsit lib. Iudi. 14. erat autem Sampson Ecclesiasticus vti nazareus Deo dicatus, & erat Iudex populi lib. Iudicum 13. A. 5. B. 8. & cap. 17. in fine; Igitur Dei Vicarius hoc iustè patietur in religione? Dauid solus Pastor materialis ouium Patris verè ouium non patiebatur Leones, & Vrsos circumeuntes, diripientes gregem, sed pro viribus occurebat percutiebat, suffocabat eos pro illa mortali gregis conseruatione 1. Reg. 17. B. 15. E. & hi non constat quod habuerint ad illud opus speciale nouum mandatum à Deo, sed solum congenitum cum debito naturali. Pontifex autem habet maiorem obligationem præ illis defendendi gregem hominum ad vitam æternam ab infensis, & Dei religionem, nam hic agitur de vita æterna de Deo, de potestate accepta à Deo super hominibus ad religionem, ad vitam æternam, illi agebant solum motu naturæ tuendi genitores, & res priuatas, a quibus partem victus exigebant, ergo tanto magis præ illis Pontifex Iudex, & Pastor viuentium per religionem ad æternam salutem, debet Dei, monitu, & insito mandato ocurrere, pro opportunitate, viribus, Principibus infidelibus, & hæreticis insidiatoribus, nocentibus, vel periculosis fidelibus in materia religionis, eosquè repellere priuare potestate, & fideles ab eis absoluere, & liberare.

Proinde

Proindè est præter rem ò Barclai? disputare de exibere, & de pati religionem in periculo, cum Pontifex, nec exhibere, nec pati pro viribus debeat debito Diuino religionem, & religiosos versari in periculo fidei.

Ad secundam autem Barclaij propositionem. Ad 2.

Primo est ignorantissima probatio eius, & non est probatio sed ridicula delusio mentis Barclaij.

Dicit ergo ea ratione paria esse Regem, etiam hæreticum, & infidelem, & religionem, ius Regis, & ius religionis, quia ab vno eodemquè Deo, ambo procedunt, sed tamen ego dico non sub vna, & eadem mensura communicatæ bonitatis passiuæ, nam Deus ob immensitatē diuersis mensuris effund tur, & creaturæ ob diuersitatem suam, & inæqualitatem diuersis, & inæqualibus metris ab vno eodemquè Deo profunduntur ecce ab vno eodemquè Deo procedit terra, & Cœlum, Angelus, & formica, lux Solis, lux ignis, homo, & bestia, numquid paria sunt hæc inter se, Cœlum,& Terra, Angelus,& Formica,Sol,& Ignis, Homo, & Bestia? absit.

Religio est Dei honor, & cultus ab eo volitus, & nobis reuelatus, vt obseruetur in signum recognitionis super nos Creatoris, Redemptoris,& Glorificatoris sic fuit lex,& arca à Deo data populo Exo. 20. & 24. C. 12. & cap. 25. per totum, & nobis Euangelicum cum contentis, & ita ius religionis est ius Creatoris, Redemptoris quo debet à nobis recognosci, adorari, seruiri. Regalis autem potestas est Dei serua, & ministra ei deseruiens in vltimo Regno Dei Sap. 6. A. B. 1. Paralip. cap. fin. D. 15. 16. Leuit. 25. C. 24. 25. nempè super mortalibus respectiuè subiectis per terrena bona ad mortalem pacem regens corrigens, & ita ius regale est ius serui,& ministri, infimi Regni Dei tanto ergo Rex, & ius regale inferiora sunt, & minora, & subiecta Religioni, & iuri religionis, quanto minister seruus colonus Domino suo, minister Regis ipsi Regi, minister Dei ipsi Deo, & cultui, & honori Dei, & iuri Creatoris, & Redemptoris, quomodo ergo tu Barclaij erupisti in illam blasphemiam repugnantē Deo, & creaturis, paria esse Regem etiam hæreticum, & infidelem, & ius eius iuri religioni, & religioni? hoc est facere Deum parem creaturæ etiam inferiori, & ita negare Deum, & creaturam etiam inferiorem parem facere creatori, & ita negare creaturam esse creaturam, proinde Diuina,& creaturarum conspiratione iste scelestus est sempiterna pæna puniendus. Tu sceleratior es Rege Antiocho? iste enim tandem dixit, & fassus est. Iustum est, esse subditum Deo, & mortalem non paria Deo sentire 2. Machab. 9. 12. Iulianus Apostata, cuius cor fuit contra Testamētum Altissimi, moriens tamen delato telo imersoquè in eius latus, fassus est se Deo inferiorem. Vicisti Galilee? Herodes Act. 12. D. 22. qui

solum voces Dei populi acclamantis, přefulgore eius clamidis argenteę oppositæ splendoribus solis, ab Angelo percussus sensit se imparē Deo. Tu istis omnibus deterior cōtra Angelum,& Deum erigens cornua tumoris tuę voluntatis impudentissimæ asseruisti paria esse Regē etiam hæreticum, & infidelem, & ius eorum, & religionem, & ius religionis, quod non est aliud nisi ius Creatoris a vobis recognoscēdum, vti a creaturis eius Lucifer affectauit paritatem cum Altissimo, sed tamen omnium creaturarum erat suprema lux, cunctis tanquam tenebrosis afferens lucem, prę celsitudine Maiestatis suæ, erat Regnorum Cœlestium, & Angelorum Princeps, error fuit, sed tollerabilior tuo? Tu enim hominem Regem ex luto confectum recipientem à Deo solum ministerium coloni, incolatus, serui super hoc infimo Munndo, nempè super mortalibus ad terrenam pacem eorum ausus fuisti,etiam scelere repugnante Lucifero, supparem Deo acclamare? quia parem religioni eius? quæ nihil aliud est, quam Diuinæ Maiestatis honor, cultusquè debitus à nobis iure Creatoris, debito nostro creaturæ, propterea Barclaij scelere horrendo vicisti etiam Luciferum in hac tua assertione, ex qua parte Mundi erupit istud spectrū infensum creaturæ, Deo auersum, deterius Lucifero? ex libidine maledicendi, detrahendi Pontificię potestati.

Probamus insuper, ius Regis esse inferius iuri religioni, imo ei subiectum, & seruum, & propter ius religionis.

Deus Dauid promiserat perpetuaturus Regnum in filijs eius, hac tamen conditione, si Dei religionem obseruassent,quæ cōtinet,& Dei cultum, & mandata, non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super Tronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui legem meam, 2. Paralip. 6. C. 16. igitur perpetuitas Regni, & Regis, & ita multo magis institutio eius, & ius subordinatur, subiectatur a Deo religioni, & propter eam est, vti seruus.

Comprobatur.

Nam Deus vastauit gentes, Regna, & Reges propter violatum ius religionis ab eis, non euertit tamen religionem propter Reges, & iura Regum.

Propter scelera Salomonis Regis contra Dei religionem, scilicet culturam idolorum, Deus scidit Regnum eius, & ferè totum ablatum ab eius filio tradidit seruo eius, scilicet Ieroboam, 3. Reg. cap. 11. B. 11. & cap. 12. & 2 Paralip. 10. D. 16. & cap. 11. B. reuertatur vnusquisquè in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate, & præcitato cap. 11. 3. Reg. B. 10. 7. Tunc ædificauit Salomon Chamos Idolo Moab,&c. dixit itaquè dominus Salomoni, quia habuisti hoc apud te,& non custodisti pactum meum (ecce religionis offensio,sicuti circa Chamos Idolum Moab) & præcepta mea, quæ mandaui tibi, disrumpens

pens scindam Regnum tuum, & dabo illud seruo tuo B. 11. 12.

Pariter ob delicta Regis Roboam filij Salomonis contra religionē, vastatum Regnum eius a Rege Aegipti Sesac 2. Paralip. 12. A. C.

Ieroboam Regem de seruo exaltatum à Deo ad Regnum Salomonis pro maiori parte, ob scelera commissa ab eo contra religionem Deus propria manu percussit, & interijt 2. Paralip. 13. B. C. D. 20. & eius regalis domus ob scelera idolatriæ, quæ sunt contra religionē extirpata fuit Diuino mādato de terra per manus Baasa serui eius 3. Reg 13. A. & cap. 14. B. C. D. 14. 15. cum sequentibus, & cap. 15. G. 29. 30. hunc quoquè Baasa de seruo Regis Ieroboam exaltatum ad Regnum propter offensam religionis Deus præmisso Nuntio ad Deum per manus Zambri Ducem Choortis Regis extirpauit in posteritate 3. Reg. 16. A. B. 7. C. 9. 10. 11. 12. 13. Deus ob scelera Regis Achab & quidem contra religionem 3. Reg cap. 18. elegit Iehu Ducem exercitus eius contra eum, & per eum extirpauit, & duos Reges filios eius, & Reginam Matrem, & cæteros filios Regios, & totam cognationem 4. Reg. cap. 9. B. E. F. G. & cap. 10. per totum, & prȩter hęc etiam Iehu etsi seruus Regis Achab, & Regum filiorum, attamen à Deo prætulit ius religionis offensæ ab eis, debito suo, vti serui erga suos Reges dominos, & supposuit ius Regale iuri religionis, & præposuit debitum suum erga religionem, debito suo erga Reges suos, vt dicat tex. cit. 9. E. 4. Reg. egressus Ioram Rex Israel, & Ochozias Rex Iuda singuli in curribus suis, egressiquè sunt in occursū Iehu, & inuenerunt eum in agro Nabhot Iezrahelitæ, cumquè vidisset Ioram Iehu dixit pax est Iehu, at ille respondit (nota Barclaij, euigilare ab inferis? Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel Matris tuæ, & veneficia eius multa vigent? conuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam insidietur, Ochozia? Porro Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, &c. & F. 27. Ochozias autem Rex Iuda hoc videns fugit per viam domus horti, persecutusquè est eum Iehu, & ait, etiam hunc percutite, &c. Vide ergo facto à Deo approbato, quod Iehu, & si seruus Regis Achab Patris Ioram, & Ochoziæ Regis præposuit debitum suum erga religionem debito suo erga Reges dominos suos, & propter violatum ius religionis ab eis, perdidi Reges suos dominos, & Reginam, & stirpem Regiam vt 4. Reg. cap. 9. & cap. 10. per totum. Igitur & apud Dei iustum iudicium, & apud populos, & cunctos sectatores Diuinæ voluntatis præualet Religio, & ius religionis Regibus, & iuribus Regum, & si concurrant, & si offendatur religio a Regibus, & si populi sollicitentur ab eis eos sequi, & offendere religionem, iustè, & sanctè Deo placenter, approbatissimè, debent deserere Reges, & tenere religionem, hostes esse Regibus etiā suis, & obedientes religioni, quę fu-

sius

fius ostendimus cap. 4. addito post 28. tit. 2. de Sacerdotio, & Imper.

Igitur Pontifex, qui maiori dignitate, & potestate à Deo super hominibus constat quam Iehu per defensionem eorum in religione à contrarijs, & per ducatum ad Deum ad vitam æternam, qui in suis operibus debet consimilari gestis sui Dei, vti Vicarius eius, habet potestatem à Deo, & debitum potestatis ob saluandam religionem, perdere Reges religioni infensos, & liberare populos ab eis. Quod si Iehu habuit à Deo mandatum, & institutionẽ interficiendi illos Reges Dominos suos propter vindicanda iura religionis ab eis abrupta 4. Reg. 9. B. 7. & Pontifex vti Dei Vicarius habet à Deo & potestatem,& mãdatum regendi, & defendendi, homines ad vitam æternam à quibuscumquè contrarijs vide supra cap. hoc 22. solutione ad 1. & sup. alijs cap. ad 4. cap. 21. cap. 5. ad. 2. & 3. cap. 22. ad 1. dixit Saluator B. Petro Pasce agnos meos, Ioan. vit. idest homines ad vitam æternam, igitur defende etiam eos à bestijs, & cæteris infensis, & periculosis eis contra vitam æternam, quænam enim esset hæc sapientia,& potentia & bonitas Domini gregis? quænam perfectio, & sufficientia potestatis Pastoris(si Dominus daret mandatum, & potestatem ei pascendi,non defendendi oues,& agnos à belluis à quibuscumquè insidiatorib⁹ vitæ, & quidem æternæ ouium, idest hominum ordinatorum ad æternã vitam? de quo mandato fusius supra multoties edoctum fuit.

Obiectio. Opponit vlt. Barclaius Pontificem ea ratione non posse deponere Reges hæreticos,& infideles infensos religioni,quia nequè Papa si deficeret à fide per Concilium posset deponi.

Solutio. At in ordine creaturarum spirituale est caput, & supremum, corporale verò,& temporale,& si caput, non est supremũ, sed est sub spirituali, vti corpus, sub anima. Rex est caput corporale, Pontifex est spirituale,vt multoties est probatum; Ideo Pontifex à nulla creata potestate potest deponi,potest tamen deponi Rex a Pontifice.

Sed amplius Barclaius supponit falsum, scilicet Pontificem posse moraliter, & ex animo deficere à fide & dico ex animo, ex voluntate, & finaliter contra dicente Saluatore rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua, & rogatio Saluatoris est exauditio a Patre Lucas 22. D. 32. Ioan. 11. num. 42. defectio autem Aaron, Petri,& Marcellini fuit extrinseca actione, non animo, non voluntate, non finaliter,nam vterquè etiam à Deo reparatus est, & restitutus Exod. 32. & cap. 39. Leuit. 9. B. C. D. in num. 17. per totum Marcus 14. in fine Lucas 22. D. 32. cap. 18. tit. 3. de Sacerdotio, & Imperio de quo fusius diximus cap. 18. 17. tit. 3. de Sacerd. & Imp. Si ergo Reges deficerent à fide, sicuti Aaron, Petrus & Marcellius metu, non ex animo, nec finaliter, & pro hoc haberent oratiõe Saluatoris sicuti habuit B. Petrus, vtiq; non essent priuandi Regno, & potestate, sed tale promissum a Deo

non

non habent, nec deficiunt à fide solo actu externo, non animo, non finaliter, sed experientia temporum docet, vt qui defecerunt Reges à fide, defecerunt ex animo, & finaliter sicuti Salomō, cuius defectū a fide, non pęnitentiā ennarrat scriptura 3. Reg. 11. A. B. sic Ieroboam, Achab, Ioram, Ochozias, & alij. Ideò non sunt tollerandi, sed pro viribus per Pontificē eijciendi, & priuandi, ne regnent respectiuè super fidelibus Christi, maximè vbi eos seducere à religione pertentāt, nam hoc non est Reges deficere à fide vi, & metu, et actu externo, sed voluntatis peruersitate, cum etiā fideles remouere à fide pertentent.

Cap. XXIII:

Barclaius cap. 23. persequitur rationes Bellarmini, scilicet de comparatione Matrimonij, & insolubilitatis eius et insolubilitate populorum à Rege, etsi Hæretico infideli pertrahente subiectos à religione.

HOC capite solum dicimus Matrimoniū esse vnum ex septem Sacramentis, non autē Regem, vel ius Regale, et de Matrimonio, non de Rege idest potestate polytica, et persona eam gestāte Deum dixisse per Adam, hoc nunc os ex ossib⁹ meis, quod ergo Deus coniunxit homo non separet Genes. 2. D. 23. Math. 18. A. 5. Marcus 10. A. 7. Iusquè Regale à personis fuisse a Deo auulsum, sicuti animam à corpore ob indispositiones organicas, ob grandia scelera personarū gestantium potestatem, etiam per interpositos Nuntios, sicuti patet de priuatione Saulis à iure Regio, etiam per Samuelem 1. Reg. 13 C. et cap. 15. et supra cap. 22. ad 2. circa medium §. nam Deus vastauit, etc, cap. 2. addit post 28 de Sacerd. et Imp. Pontifex autem est Dei Nuntius, et pluquam Nuntius, cum sit Dei Vicarius super hominibus per directionem, et defensionem ad æternum bonum, vt supra multoties est probatum, et fusè probauimus cap. 2. addito post 28. tit. 2. huius operis de Sacerdotio, et Imperio. Ideò potest eos denuntiare priuatos Regno a Deo, & iuditialiter priuare ob scelera eorum contra religionem.

Supra cap. 20. ad 3. vlt confirmatione.



S Cap.

Cap. XXIV.

Finis Barclaij in hoc capite est persistere in materia præcedentium, scilicet non habere Papam potestatem priuandi Principes etiam ex causa Hæresis infidelitatis, & offensionis fidei, &c.

IN dicto capite Barclaius persequitur rationes Bellarmini, sed quatenus habent cum nobis aliquid commune, ei occurimus, est autẽ eius intẽtio probandi Põtificem non habere potestatem in temporalibus, neque ex causa hæresis, infidelitatis, & offensionis religioni, & Catholicis, ex quo capite primarias, & cardinales propositiones ostẽdemus falsas hic exhibitas Barclaij.

Barclaius. Prima est Saluatorem in terris non exercuisse potestatem in temporalib⁹, igitur minus Põtifex eius Vicarius eã debet, aut potest exercere.

2. Est Pontificem esse mere Cancellarium Dei, ideò posse sumere informationes iuramenta homagia, rescribere nomine Dei, sed non iudicare, & priuare ex quacumquè causa aliquem Principem.

Solutio Ad 1. Ad primam propositionem, quam Barclaius improbatam reliquit, dico quod Saluator exercuit potestatem in temporalibus, maxime per excessum, & a maiori, ex quo in minoribus demonstrabatur, multo magis parata potestas in temporalibus, & quando opportere, & expedire judicatum esset à sapientia eius, quod fusè probauimus ca. addito post 29. tit. 2. de Sacerd. & Imp. ecce Verbo prostrauit turbas, & hostes occurrentes ego sum. Ioan. 18. B. suscepit amplius adhunc infans ætate, sed completus sapientia Principes Orientis ad pedes suos prostratos, vt tributarios Math. 2. ad talem actum promotos non casu, vel mero inconsulto arbitrio, sed Cœlo, Stella, Angeloq; premouente, & prosequente, vti ibi, &c. & quando eiecit multoties dæmonia à corporibus, quæ corporaliter erant obsessa, quæ fortiora sunt, scilicet dæmonia ex sui natura cunctis Principibus, & fortitudine corporali Lucas 9. E. 43. cap. 12. quando suscitauit ad vitam cadauera mortuorum, quę vtiquè corporalia palpabilia sunt, & vita est realis temporalis forma, & vis temporalium potestatum, quod opus nulla potestas creata posset præstare Lucas 7. C. 15. quando procelloso Mari, furentibus ventis imperauit (quæ omnia corporalia temporalia sunt) & Imperium eius sentiendo venerabunda quieuerunt: Math. 8. Lucas 8. quod sanè opus est maius quam imperare exercitibus, & Regibus terræ, & tale tantumquè opus, quod nulla Regum conspiratio posset præstare, imo venti, & Mare eorum Imperium, & classes surda, & cæca non

Vide supra cap. 27. ad 4.

senti-

sentirent, & quoties quasi ad ludibrium quassarunt, & rapuerunt in profundum. Quando cibauit millia hominum Lucas 9. quod est principale munus Regię prouidentiæ, quando flagellauit,& eiecit è Templo vendentes, & ementes, & omnia eorum subuertit, nemine resistẽte Math. 21. A. 12. quando mulierem deprehensam in adulterio accusatam ab Hæbreis publicè absoluit gratiam faciens Ioan. 8. A. 12. Quando Nazareis volentibus eum rapere ad supercilíũ Montis,indeq; præcipitare transiens per medium illorum ibat, cap. 1. addi. post 29. tit. 2. de Sacerd. & Imp. & tandem quidquid Deus in Testamento veteri per Moysẽ, Aaron, Iosue, Gedeonẽ, Sampsonem,& per se,& per alios temporaliter exercuit,hoc exercuit quoq; Saluator in vmbris, & exercebit in Euangelio placito tempore extendendo Euangelij æuum non ad primum solum initium, sed à principio Mundi vsquè ad finem, quod est verè totum æuũ Euangelij,sed hæc partim nescimus ex ignorantia, partim ex prauitate vitæ obquam non possumus videre futura gesta Saluatoris gloriosi per totum æuum Euangelij.

Dicatur amplius sicuti Saluator in Testamento veteri multa gessit in temporalibus, vt contra Regem Pharaonem, & alios, & gentes, & Regna per homines electos sui ministros, vt ex præmemoratis, ita in Euangelico statu plurima exercebit temporaliter per datam potestatẽ Pontificibus Vicarijs suis, ideo quod temporaliter isti gestarunt, vel gestabunt per directionẽ,& defensionem viarum,& viatorum ad ęternam Salutem,hoc quoquè temporaliter gessit,& gestabit Saluator,qui audit vos me audit, qui recipit vos me recipit Math. 10. D. 40. Ioan. 13. C. 20. Lucas 10. C. 16. &c. quidquid ligaueritis super terram (directoriè defensoriè super hominibus ad æternam salutem) erit ligatũ, & in Cœlis (ecce facta eorum sunt gesta Dei) Math. 16. & 18. C.

Præterquam dicatur amplius Saluatorem in terris non omnia gessisse expresse, sed plurima alia, quæ ipse non gessit, reliquit, & demandauit Apostolis,& per eos Successoribus gerenda: Quidquid ligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cœlis Math. 18. Pasce agnos meos, Ioan vlt. alias si Saluator omnia in terris degens gesisset, ad quid tribuere B. Petro,& Successoribus potestatem generalem ligandi,& soluendi,&c.? cum iam omnia, vel ligata, vel soluta fuissent a Saluatore expresse.

Demiror peruersitatem Barclaij:supra attulit aliam similitudinem nefandam Pontificis, & Imperatoris exulem à Sacris litteris, cap. 16. (sub quo apud nos est quoquè copulatum cap. 15.) ratione 6. & responso nostro ad 6. ibi, hic aliam affert,quę si limitatè sumatur est omnino repugnans Euangelio, dixit ergo Barclaius Pontificem ad Principes se habere vti Cancellarium tantum, & non amplius, Dei. Siste ad quid ergo Saluator ei Dixit, & dicendo contulit. Tu es Petrus, & *Solutio ad 2.*

super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis? isti sunt actus potestatiui ex potestate, hæc est Vicaria Dei potestas, non mera Cancellaria, Cancellarius enim merus ille est, qui solum scripto denuntiat mentem Principis; Vicarius verò qui potestatem habet à Principe ad ligandum, & soluendum amplissimè vice Principis in Regno Principis: At in citatis Euangelijs non sola deputatio rescribendi, & denuntiandi mentem Dei datur B. Petro sicuti in Testamento veteri fuit collata talis auctoritas Prophetis, & pluribus alijs personis, sed datur potestas Vicaria amplissima Dei B. Petro, Quidquid ligaueris super terram erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. ergo non sola auctoritas Cancellarij.

Præterquam, vbi vnquam suprema perfecta auctoritas Pastoris super agnis, & ouibus, & defendendi eos ab infensis bestijs qualis est B. Petri, & Successorum Ioan. vlt. fuit sola auctoritas Cancellarij scriptoris mentis Principis domini gregis? requiritur baculus potestatis, & auctoritas, quam audiant, & timeant oues, & agni, baculus defendendi ab infensis Bestijs, & corrigendi deuios agnos, eosquè recolligendi numquid Moyses, & Aaron, qui à Deo habuerunt mandatum ad Regem Ægipti, & filios Israel pro liberatione eorum, & defensione à potestate Regis Aegipti Exod. 6. cum sequentibus, solam auctoritatem Cancellarij denuntiatoris scripto, vel verbo Diuinæ Mentis ad Regē Pharaonem habuerunt? an Virgam, & potestatem dominationis etiā in temporalibus vastandi Regnum, & Regem temporaliter, quia obstabat ducatui populi vocati à Deo ad Terram promissionis? certè habuerunt, exercuerunt, post denuntiationem Diuini mandati Pharaoni, potestatem, & Virgam dominationis etiam in temporalibus contra Regnum, & Regem infensum temporaliter Diuino mandato vastando temporaliter statum, & gentem, & Regem Aegipti, & tamen vmbræ fuerunt sequentium in Euangelio, nam Saluator dedit potestatem B. Petro ligandi, & soluendi, & Pastoris, & mandatū cum potestate insitū regendi, corrigendi, defendēdi ab infensis homines tanquā oues, & agnos ad vitā ęternā. Math. 16. Ioā. vlt. inferior erit potestate B. Petrus effectus Pastor hominum ad Deum, Dauid adolescēti Pastori pecudum? iste non munus Cancellarij contra Lupos, Vrsos, & Leones gregi infensos, sed munus potestatis arcendi, discerpendi eos habuit pro defensione ouium ab eis 1. Reg. 17. E. igitur B. Petrus effectus a Deo super hominibus ad æternam salutem, sicuti Pastor, & quidem perfectus, quia a Deo immediatè pro summa rerum, non nudus Cancellarius, sed potestas Diuina super hominibus est ad ęternam salutem defensiua à contrarijs. Sedere in Ttono Regio, & decernere, & mandare subditis non est opus Cancellarij, sed Vicarij potestatis, B. Petrus cum Apostolis assessores sunt cum Spiritu Sancto determinando

nando mandando visum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris Act. 15. E. 28.

Ioseph. Patriarca non nudus Cancellarius, sed Vicaria potestas suprema in Regno Pharaonis est constitutus, ad tui oris Imperium cunctus populus obediet, vno tantum Regni solio te præcedam Genes. 41. E. 40. minus ergo a Deo pro regimine totius Mundi ad æternam salutem erit B. Petrus tam amplissime constitutus a Deo? absit, nam si Rex Pharao dixit Ioseph. Tu eris super domũ meam, & ad tui Imperium cunctus populus obediet, vt supra, &c. Saluator B. Petrum in sua Ecclesia, quæ est domus Dei vniuersitas Redemptorum fundamentum constituit Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam Math. 16. & amplius ei maius Imperium contradidit, quã Pharao Ioseph, cum Saluator ei dixerit, & dicendo contulit potestatem. Quidquid ligaueris super terram erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. ecce ad tui Imperium cunctus populus obediet, hic ad tui Imperium, & terra, & Cœlum obediet, oues, & agni ex perfecto instituto domini, Imperio Pastoris obediunt, B. Petrus super hominibus ad Cœlum est datus a Deo vt perfectus Pastor ad oues, igitur ex Dei ordinatione tui oris Imperio cũctus populus obediet, vt dixit Rex Pharao Ioseph, præterquam in Deut. cap. 17. C. est denuntiatum Dei proclama, vt qui superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, &c. moriatur ecce congruit dicto Pharaonis ad Ioseph, ad tui oris Imperium cunctus populus obediet, hoc expressius dixit Deus in num. 27. D. versus finem. Principi Iosue Successori Moysi, vt ipse cum populo, & tota multitudine ingrederetur, & egrederetur ad verbum Eleazaris Supremi Sacerdotis. Vbi Pharao in figura prædixerat Ioseph ad tui oris Imperium cunctus populus obediet Genes. 41. E. 40. 41.

Cum ergo Pontifex super vniuersis hominibus directoriè ad vitam æternam, & defensoriè a contrarijs sit non nudus Cancellarius, sed verè amplissimus Vicarius potestatiuus Saluatoris sine exceptione facta à Deo alicuius humanæ creaturæ Math. 16. Ioan. vlt. sequitur quod contra quoscumquè homines abutentes potestate contra Dei legem, in pernitiem, vel periculum æternæ vitæ, possit nedum denontiare Dei mentem, sed ex potestate iudicare damnare remouere priuare quacumquè potestate, & quocumquè bono quoscunquè, qui abutũtur contra Dei legem, in perniciem populorum æternam, vel periculum eius, quod fusius supra est probatum sæpius..



Capi.

Cap XXV.

Barclaius enititur probare Saluatorem non dedisse B. Petro vllam potestatem dilatabilem in Temporalia, vti suo Vicario Pastori hominum.

BArclaius hoc cap. 25. exultat, quasi deuictis Catholicis, & quasi probauerit suũ intentum, cum tamen ex præcedentibus satis, superquè constet partim non probasse probanda, sed solum adduxisse propositiones non probatas, partim adduxisse probationes equiuocas malè applicatas quas resoluimus in aerem vanitatis, ita vt disparuerint à ratione, & probabili, & postea totum contrarium dictis, & intento Barclaij nos abbundantius semper probasse ratione, & sacris literis.

Post exultationes vanas, & comicas Barclaij contendit ex indirecto refutare potestatem Pontificis in temporalibus, non sanè probando, sed occurrendo probationibus, & pertendando declinare vim textus B. Ioannis cap. vlt. Simon Ioannis, &c. pasce agnos meos, pasce oues meas, & primo intendit deducere, quod illo memorato textu Saluator non dederit B. Petro vllam potestatem in temporalibus, & dum vult restringere negotium ad argumentum in forma abrumpit formam argumenti estote ergo.

Ratio 1. Barclaij. Barclaius ergo sic arguit. Christus commendando suas oues B. Petro Ioan. vlt. dedit ei omnem potestatem necessariam ad tuendum gregem? optima propositio etiam ex me) sed dicit ille, non dedit ei potestatem temporalem, ergo potestas temporalis in B. Petro ex illo textu non est necessaria ad tuendum gregem, &c.

Audiant, & attendant, iste conclusionem ponit, quæ debebat esse minor argumenti. & minorem facit, quæ debebat esse conclusio argumenti, vndè in suis tripudijs, & iactantijs illiditur, impingit, & corruit Barclaius. Intentum Barclaij erat, potestas temporalis ex eo, quod non erat necessaria B. Petro pro tuendo grege, ideo eam non dedit Saluator B. Petro, vnde minor argumenti debebat esse, sed potestas in temporalibus non est necessaria ad tuendum gregem, ergo potestatem temporalem Deus non dedit B. Petro, & tamen Barclaius subuertendo hunc ordinẽ, conclusionẽ ponit pro minori, & minorem pro conclusione, nempè dicit, sed Saluator non dedit B. Petro potestatẽ in temporalibus, ista debebat esse conclusio, & finis, & apud eum est minor argumẽti, ergo deducit ille, potestas in tẽpor. non est necessaria ista est conclusio Barclaij, & tamen debebat esse minor argumenti.

Et vt hoc magis pateat. Minor argumenti debet deduci ex maiori,

&

& partim minor debet esse pars maioris scilicet subiectum maioris, cõclusio verò quo ad vim argumenti debet deduci ex maiori, sed quo ad subiectum terminationis minorem sequitur.

Ecce exemplum. Animal rationale est risibile, risibile est prędicatũ. Animal rationale est subiectum in maiori. Minor autem ita est, sed homo est animal rationale, ecce prædicatum minoris est subiectum in maiori, & ita deducitur ex maiori (conclusio ex his, ergo homo) qui est subiectum minoris (est risibilis, quæ clausula erat prædicatum maioris, in maiori enim dicebatur, animal rationale est risibile) ecce ergo vis concludendi est maior, scilicet risibilitas conclusa de homine ex vi rationalitatis in maiori expressa, reuertamur ad Barclaium.

Maior argumenti Barclaij hæc fuit Saluator dedit omnem potestatem B. Petro necessariam, ad tuendum gregem, prædicatum istius maioris est ly. (ad tuendum gregem) subiectum maioris fuit, dedit Saluator omnem potestatem necessariam B. Petro, igitur minor subducenda debebat esse, sed potestas in temporalibus non est necessaria ad tuendum gregem, nam sic prædicatum minoris deducitur, imo est subiectum in maiori, hinc conclusio debebat esse, ergo Saluator non dedit B. Petro potestatem in tẽporolib⁹ ad tuendũ gregẽ, sed his demissis.

Ad argumentum Barclaij dicatur admissa maiori, negatur minor, & conclusio eius, dicimus enim quod potestas in temporalibus est necessaria, secundario tamen B. Petro ad tuendum gregem, ideo secundario, & ex consequenti Saluator talem potestatem dedit B. Petro. *Solutio ad 1.*

Formemus ergo nos argumentum contra argumentum Barclaij, & probemus probanda.

Saluator dedit B. Petro omnem potestatem necessariam ad tuendũ gregem, hæc maior est concessa ab aduersario, & est nota, quia Saluator in quo nec imprudentia, nec in potentia esse queit dedit immediate talem potestatem B. Petro pro summa rerum, nempè pro directione correctione hominum per Euangelij obseruantiam, ad vitam æternam, & pro defensione à contrarijs. Minor ita est, sed potestas in temporalibus, idest potestas spiritualis dilatabilis in temporalem est necessaria ad tuendum gregem, igitur Saluator dedit B. Petro potestatem in temporalibus, idest potestatem spiritualem dilatabilem ex casu ocurrenti in temporalem dedit B. Petro ad tuendum gregem hominum, scilicet ad vitam æternam, conclusio est ex permissis in forma, maior est nota requiritur solum probatio minoris, quæ probatur tam, & si sæpius supra sit probata supra cap. 4. ad 1. & post 6. vsque ad finem, & alibi sæpius hoc responso cap. addito post 23. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio.

Dictum est in maiori Saluatorem dedisse B. Petro omnem potestatem necessariam ad tuendum gregem B. Petro, sed potestas directiua,

custo-

custodit ua, & defensiua habet relationem ad mouibilia,& ad pericula, & obstantia, & infensa viatoribus,medijsquè ad finem, sed ne dum ma'a spiritualia, qualia sunt hæreses,dæmonum incursus sunt periculosa, & obstantia saluti, & paci gregis, & vijs eius, eiquè viatori ad æternam salutem, sed etiam plurima temporalia, maximè potestatiua sunt periculosa, nociua gregi vijs viatoribus ad æternam salutem, vti Salomon per idolatriam 3. Reg. 11. Ieroboam qui retrahebat subiectos ab adoratione veri Dei, ad idolatriam vi potestatis,& cap. 12. in fine cap. 13. in principio 3. Reg. Antiochus idem præstabat compellendo Iudeos ad idolatriam 1. Machab. 1. & prius Rex Pharao,qui vi Imperij obstabat populo ne transiret ad Dei vocationem ad sacrificandum Deo, ad Dei mandatum,& sic de alijs,&c. Exod. 5. cum sequentibus, igitur Saluator dedit potestatem B. Petro spiritualem ad tuendum gregem contra incursus spirituales, sed vltro dedit potestatem in spiritualem dilatabilem tamen in temporalem, sicuti Moysi, & Aaron Exod. 6 cum sequentibus, ad arcendos incursus temporales obstantes periculosos nocentes gregi, scilicet hominibus ad vitam æternam, aduersos Diuinis mandatis.

Comprobatur.

Nam Moyses, & Aaron erant Ecclesiastici vt potè ex Tribu Leui Exod. cap. 2. cap. 4. C. 14. vsque ad 15. & vterquè habuit à Deo mādatum, Virgam, potestatem nedum spirituale, sed etiam dilatabilem in temporalem pro ducatu populi ad executionem Diuini mandati contra potentiam Temporalem Regis,& Regni Paraonis vt potè obstantem executioni Diuini mandati, liberationis populi, & ducatus eius ad sacrificandum in deserto, & ad Terram promissionis, & ob id Moyses, & Aaron potestate spirituali sibi data a Deo dilatata in temporalem vastarunt totum statum, Regnum,gentem Regis Aegipti,& tandem morte, & Regem, & exercitum eius concluserunt,quia obstabant hæc temporalia executioni Diuini mandati, ducatui, & exitui, populi Dei iuxta eius mandatum,& tamen Ecclesiasticus status veteris Testamenti vmbra fuit, & figura Ecclesiastici ordinis Euangelici, sicuti & Testamentum vetus, & sacrificium eius fuerunt vmbra, & figura Euangelij, & sacrificij Euangelij, & Deus non euacuauit non reiecit, sed transtulit, & reformauit in melius illas figuras,& vmbras in Euangelium, & ministros eius in maius, & melius, vti demonstrauimus cap. 26. tit. 1. & Math. 5. B. 17. Lucas vlt. C. G. ad Hæbr. 9. G. 23. & cap. 1. per totum, & cap. 10. & cap. 11. A. B. C. D. igitur multo magis Saluator dedit potestatem spiritualem dilatabilem in tēporalem B. Petro pro ducatu hominum ad æternam salutem contra obstantia, & periculosa spiritualia, & contra obstantia, & periculosa temporalia illis vijs, & viatoribus ad æternam salutem.

Præ-

Præterquam nedum spiritualia hominum, sed etiam temporalia, vt corpora, & sensus cum eis subordinatis, & potestates polyticæ obligata sunt à Deo ad Euangelij obseruantiam ad Deum, & ordinata ad vitam æternam, vel in gehennam æternam relaxantur pro demeritis, igitur cum potestas B. Petri a Deo sit data sufficiens, & necessaria super his, quæ, & quantum ordinabilia sunt, & ordinata ad Dei obsequium seruitutem, & obedientiam, & mandatorum eius ad vitam æternam Math. 16. C. Ioan. vlt. sequitur, quod ei dederit potestatem spiritualem in spiritualibus, & dilatabilem in temporalia super temporalibus per directionem, correctionem, obedientiam ad Euangelium, & Deum, & finem æternæ vitæ, & animorum, & corporum hominum, quæ fusius cap. 2. cap. 4. ad 1. & post 6. vsquè ad finem, & alibi sæpè hoc responso ostendimus, & ca. 14. 15. & 13. tit. 2. de Sacerd. & Imp.

Obijcit Barclaius repetendo priora sæpius ab eo adducta. *Barclaij obiectiones.*

Primò B. Petrum non exercuisse potestatem in temporalibus, minus ergo hanc exercere debent Successores, quod repetit ex 2. obiectione supra cap. 17. cap. 24. ad 1.

2. Tempore Apostolorum fuisse separatam potestatem temporalem ab Ecclesiastica quod repetit ex argumento 2. cap. 3. & ex argumento 4. cap. 5. huius responsi.

Ad primum iam dictum est simili argumento, & probatum supra cap. 17. ad 2. B. Petrum exercuisse potestatem in temporalibus ex causa temporali redundante in offensam spiritualis obiecti, scilicet contra Annaniam, & Zafiram Act. 5. A. B. quas examinauit de pretio agri, mendaces tædi Apostolicæ inuentos morte affecit. *Solutio ad 1.*

Ad 2. cui iam est responsum ad 2. & cap. 3. & ad 4. cap. 5. hu. responsi, dicatur ergo Barclaium istum arguere præter rem, nam non asserimus potestatem Pontificis in temporalibus, quasi potestatem polyticam ad instar Principum Laicalium, qua ratione talem esse separatam a spirituali Pontificis, transeat, sed asserimus talem potestatem Pontificis in tẽporalibus, quæ sit in se spiritualis dilatabilis in tẽporalẽ executione, & actu secundo, quam præcontinet in se eminenter vi qua in se illa est spiritualis, & hoc pacto talis potestas Pontificis in temporalibus, & si quandoquè caruit actu secundo, in actu tamen primo semper fuit vnita, inseparata cum potestate spirituali Pontificis, vel coincidens cum ea. vt multoties sepius est probatum supra hoc responso cap. 2. in distinctionibus cap. 4. ad 1. & post solutionem ad 6. & alibi. *Ad 2.*

Nequè est nouum, vel difficile scitu apud Philosophos, & Theologos hoc quod diximus, scilicet potestatem spiritualem præcontinere in se eminenter temporalem, & esse dilatabilem idest exibilem erumpentem in temporalem, nam est veritas Philosophica, & Theologica spirituale eminenter, virtualiter continere temporale, & corporale,

& hoc subijci ei. Ecce intelligentiæ, quas vocamus Angelos, spirituales sunt, attamen eorum virtus spiritualis erumpit in actum motus localis Cœlorum, qui verè est motus localis de signato in signatum situ, & verè corporum. Anima nostra est spiritualis, & viuificat, & mouet corpus. Angelus Dei ob superbiam, & blasphemias Senacherib contra Deum noctis tempore percussit in Castris Assyriorum centu octuoginta quinquè millia virorum 4. Reg. 19. G. 35. & Angelus Dei breui tempore pestilentia consumpsit septuaginta milla virorum a Dan, vsquè ad Bersabee, cumquè extendisset manum super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populum, iam contine manum tuam 2. Reg. vlt. C. 16. Angelus quoquè Domini tetigit summitate Virgæ carnes, & azimos panes ablatos à Gedeone, & igne consumpsit lib. Iud. 6. D. 21. vis Sampsonis erat spiritualis, nam quotiescumquè illa prodigia fecit scriptura immediatè præmittit hæc verba. Irruit autem spiritus Domini in Sampsonem lib. Iud. 14. B. 6. D. 19. cap. 15. C. 14. & statim ex spiritu Domini irrepto in Sampsonem ipse Leonem dilerpsit, descendesquè in Ascalonem percussit triginta viros, & vincula abrumpit Moyses, & Aaron vtquè ambo Ecclesiastici vt pote de Tribu Leui. Exod. 2. postquam à Deo electi, & missi sunt Nuntij, & legati ad Regem Pharaonem, a Deo receperunt vim spiritualem, & virgam dominij, quæ habebat in se vim occultam spiritualem, & tamen per talem vim spiritualem, vbi Pharao restitit executioni Diuini mandati, statim intulerunt clades, & ruinas temporales in totum Regnum Aegipti, & Regem, & tandem Regem necarunt ex illa vi spirituali cum exercitu, cum ne dum obstare executione Diuini mandati præsumpserunt, sed etiam persequi populum Dei iam viatorem ad Dei vocationem ausi sunt, & tamen Ecclesiastici veteris Testamenti, vt supra probauimus erant figura Ecclesiasticorum Euangelij, ita vt capita Ecclesiasticorum veteris Testamenti præmostrabant etiam in maius cepita Ecclesiasticorum Euangelij, illosquè Deus transtulit in Ecclesiasticos Euangelij, & auxit in maius cap. translato de constit. & antea Math. 5. B. 17. ad Heb. 9. G. 23. cap. 1. cap. 10. cap. 11. A. B. C. D. en B. Petrus verbo exanimauit Azariam, & Safiram ob offensam Dei ex fraude notificationis quotæ pretij agri venditi ipsi B. Petro Act. 5. A. B. ego dico numquid B. Petrus verbo Phisico, scilicet sono erumpente ex aeris fractione ab ore, eos interemit? absit, esset hoc fabulosum interemit eos ex interiori vi spirituali sibi data a Deo erumpente dilatata in actum ad mortem corporalem illorum.

Ex quibus demonstratiuè liquet vim spiritualem eminenter continere corporalem temporalem, & vim spiritualem esse dilatabilem executiuè in temporalem in temporalia, quo ad actum secundum, & mobi-

mobilia, & B. Petrum, & Sucessores tali vi constare vt supra.

Ex quibus iterum respondeamus argum. 1. Barclaij scilicet minori, tu dixisti Saluatorem non dedisse B. Petro vim polyticam temporalē mere transeat, dedit tamem spiritualem, vt tu concedis, & constat, quia si nec temporalem, nec spiritualem dedisset, ergo nullam dedisset contra Euangelium Math. 16. Quiquid ligaueris. Pasce agnos meos. Ioan. vlt. igitur dedit spiritualem dilatabilem in temporalem contra Regna, & Reges, & gentes, maximè per irritamentum ex temporali, & per temporalia, offensione eorum in spirituale scilicet contra Dei legem, vitam æternam, &c. constat conclusio ex probatis immediatè præcedentibus.

Formemus ergo argumentum ita contra Barclaium, Virtus spiritualis est dilatabilis in temporalem, & temporalia, maximè si per temporalia offendatur spirituale, patet ex probatis: Sed Saluator ad minus etiam ex te, dedit potestatem spiritualem, & quidem spiritualem sufficientem B. Petro ad pascendum, & tuendum gregem scilicet hominum viatorum ad Cœlum, &c. igitur per hanc spiritualem dedit etiam ei dilatabilem potestatem in temporalia, maximè per irritamētum temporalium contra vias, viatores, Diuina mandata ad Deum, ad vitam æternam, ac tuendum gregem Saluatoris.

Cap. XXVI.

Barclaius studet probare sicuti cap. 25. & 17 non esse datam Potestatem vllam Pontifici in Temporalibus, sub Simbolo Pastoris ad Oues, &c.

IN hoc ergo capite Barclaius primo confugit ad chimeras, cum tamen tractet in concreto reali Phisico, in quo coniuncta, & inseparata sunt ea, quæ ipse per mentem distinguit pro regimine, & actione, quæ prouenit non ex illis distinctis, vt mente distinctis, sed ex illis vt concretis, & copulatis, & à toto coniuncto ex eis.

Barclaius ergo primo dicit, quod & si Pontifex à Deo habeat potestatem conseruationis fidelium sub simbolo ouium ab infensis Lupis idest hereticis, & alijs improbis insidiatoribus religioni, attamen non potest separare subditos ab eis, vt à Regibus, & ab eorum regimine polytico, sed solum, vt ab infidelibus, hęreticis, & infensis religioni, & probat in tertia propositione. *Ratio, sub propositio 1. Barclaij.*

Nequè posse subditos separare per excommunicationem à Rege heretico, vt heretico, vbi schisma, scandalum, perturbatio reipublicę *2. propositio.*

T 2 vel

vel grauius malum instat.

3. propositio. Quia nullus, nec quidem Pontifex potest dispensare in iure Diuino, quod à simili probat, quia non dispensat in voto Monachorũ, per cap. cum ad monasterium de statu Monacorum,& alijs exemplis.

4. propositio. Reconfirmans repetendo, quia Reges sunt Iure Diuino, quod millies in hoc suo tractatu æquiuoce attulit, non intelligens, & subditi iure Diuino obligati sunt subijci, & obedire eis.

Solut. ad 1. Hic non tractatur de ente rationis, de abstracto, & abstractionibus Methaphisicalibus; sed tractamus de rebus concretis materialibus indiuiduis inseparatis de facto, de Rege qui est copulatim Rex, & hereticus, vel infidelis, vel vtcumquè religioni, insidiator,& tractamus de regimine eorum reali concreto, non phantastico, quod procedit ab vno eodemquè affecto, & copulato, & non separato ex hęresi, infidelitate, hostilitate religioni, & Regali potestate præsumpta,&c. in tali signato indiuiduo, & tractamus de fidelibus, qui de facto subiacent illis, vt sic affectis, infectis copulatis ex asserta potestate,& reali hęresi scilicet infidelitate, hostilitate religioni, & professoribus eius. Quare ridiculæ sunt tuæ distinctiones mentales, cum in facto reali concreto in regimine reali, in subiectione populorum reali ille qualitates sint coniunctæ inseparatæ in indiuiduo quod dicitur Rex, nempè asserta potestas hęresis, scilicet infidelitas odium contra religionem, propterea sicuti Pontifex tenetur separare, & defendere fideles ab eis vt ab hęreticis, infidelibus, insidiantibus religioni, ita per copulationem debet eos separare ab eis vt a Regibus talibus sic affectis, & infectis, nam de facto vt Reges non sunt realiter separati remoti ab hęresi, scilicet infidelitate hostilitate religioni, sed de facto reali sunt copulati infecti illis malis, & defectionibus contra religionem.

Vide In Dęmone, in Lupo, in Leone, in Vipera, in corpore pestilentiato est esse naturale, & est peruersitas, & auersio a Deo coniuncta Dæmoni, in Lupo animalitas, & hostilitas in Agnos, & Oues, in Leone animalitas, & feritas, in Vipera animalitas, & venenum, in pestilentiato corpus naturale, & pestilentia, & quamuis per abstractionem mentis illę qualitates defectus, diferentiæ sint separabiles à subiectis, re tamē de facto, in cõcreto sunt copulatę,& inseparatę, ideo agatur de proposito reali cõcreto, vti agitur, non de ente rationis esset ridiculum,& vertiginosum,& stultum tenere obedientiam Dęmoni, vt creaturę, non vt Dęmoni, Ouem Agnum relinquere Lupo, vt animanti, non vt Lupo, vel Leoni vt animali, non vt fero coniungi vipere vt animali non vt venenoso, pestilentiato, vt corpori, non vt pestilentiato, nam talis obedientia, subiectio exhibitio coniunctio est realis de concreto subiecto, illa defacto copulata sunt ex illis subiectis, & qualitatibus, & defectibus. Proinde qui tenebit amicitiam cum Dęmone

vt

vt creatura, de facto tenebit etiam amicitiam cum eo vt cum Dęmone, ideo erit infidelis Appostata, & qui exhibet, & relinquit Agnum, & Ouem, Lupo, Leoni, vt animantibus, etiam vt Lupo, & Leoni, ideo relinquet Agnum, & Ouem deuorandam ab eis, & qui copulabitur Viperæ vt animanti, contrahet venenum Viperæ, & qui vnitur pestilentiato pestilentiam hauriet, ob copulationem de facto illis sic coniunctis, & affectis.

Ideoquè relinquere fideles sub hęretico, scilicet infideli hostili religionis Principi est relinquere fideles sub eo, vt hęretico, infideli, hosti vt Lupo, vt Leoni, vt Vipere, vt Dęmoni, ideo periclitabitur à fide, ideo exhibebit religionem periculo, & patietur versari in periculo, quorum vtrumquè est damnatum in Pastore electo à Deo, non Mercenario ex Diuino proposito in Dei Vicario instituto super vijs, & viatoribus per Euangelium ad Deum, ad vitam æternam, vt cap. 22. ad primum & 2. cap. 25. ad 2. & 1. cap. 2. & cap. 4. ad 1. & post 6. vsquè ad finem, & alibi, maximè quia ius religionis præualet longe, lateque Regi, & iuri Regio, & quicunquè subditus Regi Principi, cũ prius, & magis sit subditus Deo, si offendatur, vel periclitetur religio debet magis tenere religionem, & ius eius, quam Regem, & ius Regis supra cap. 22. ad 2. cap. 4. additum post 28. tit. 2. de Sacerd. & Imp. imo nullus est Rex, nullum ius Regale, nulla potestas polytica, eo ipso quod sit contra religionem, quia impossibile est Deum ex suo proposito instituere qualificare creaturam à se auersam, vt sit à se Deo auersa, sibi Deo repugnans, & suæ religioni quæ est cultus honor Dei ab eo volitus, & reuelatus, & ideo impossibile est Deum instituere talem, vel talem Regem, vel potestatem copulatiuè, vt hęreticum, infidelem sibi hostem Deo, ideo eo ipso quod quis vel ab initio fuit, vel post euasit hęreticus infidelis religioni infensus, eo ipso nõ est Institutus à Deo potestas, vel post institutionem est à Deo destitutus, & proiectos Rex sic Saul, Ieroboam, Achab, Achaz, Manasses primo Reges, & Pharao Exod. 5. vsquè ad 15. 1. Reg. 15. D. E. F. 3. Reg. 14. & cap. 15. G. 30. 4 Reg. cap. 9. & cap. 10. 3. Reg. cap. 21. 22. 2. Paralip. 28. A. B. C. D. cap. 29. A. B. cap. 33. A. B. C. ideoquè populi eis, vt sic affectis infectis publicatis nullo iure Diuino instituente obligantur subesse, obedire, ideo ex præcepto Diuino directe non imperantur non adstringuntur eis subesse, & obedire directè, secus ex periculo vitæ, vi, & metu, remoto tamen crimine contra Deum, quę ostendimus supra cap. 22. ad 2. & cap. 3. post solutionem ad 9. & cap. 5. ad 1. hu. responsi, & de Sacerd. & Imp. cap. 4. addito post 28. & cap. 2. addito post 28. tit. 2. cap. 23. 24. 8. 9. cum additis ibi cap. 8. cap. addito 1. & 2. post 10. tit. 4.

De Sacerdotio, & Imp. cap. 2 add. post 28 cap. addito post 10. cap. 8. tit. 4.

Quæ priora alijs Diuinis documentis, & gestis comprobantur.

Pecca-

Peccatum, hęresis, infidelitas, hostilitas ad versus religionem per sui naturam inoriginate non sunt, sed ex voluntate, & ita ex persona peccantis hęretici, infidelis hostis religionis, & proinde in pænis non potest puniri præcise peccatum, hęresis, &c. salua voluntate, & persona peccantis hęretici,&c. sed propter peccatum,&c punitur voluntas, & persona peccantis ecce peccauit Angelus in Cœlo, peccauit Adam, corrupperat omnis caro viam suam, Sodomei Gommorrei similiter, numquid Deus solum puniuit malitiam eorum, saluis voluntatibus, & personis eorum à pæna, nequaquam, sed propter malitiam eorum, rebelionēq; Deo puniuit voluntates, & personas peccantium, ecce peccauit Saul Rex contra Dei mandatum, 1. Reg. 13. & cap. 15. Deus non distinxit in pæna personam Saul,& ipsum,vt Regem a peccato,& pæna, sed propter peccatum eius priuauit totū Saul iure Regio, & potestate Regia, per seruum suum vtiquè Sacerdotem Samuelem, vt ex ijsdem præcitatis locis,& cap. 7. 10. peccauit in religionem Salomon, propter hoc puniuit eum in filio eius a quo abstulit decē de duobus partibus Regni. 3. Reg. 11. 12. & cap. 12. peccauit Ieroboam Rex contra religionem, cum propter hoc Deus eum interemit,& sanguinem eius Regium Baasa extinxit propter idolatriam eius 3. Reg. 12. in fine, & cap. 13. A. 2. Paralip. cap. 13. D. 20. 21. 3. Reg. ca. 15. G. 29. 30. De Rege Saule conclusit scriptura 1. Paralip. 10. B. 5. D. 14. Mortuus est Saul Rex propter iniquitates suas, eo quod non custodierit mandatum Domini, & consuluerit Phitonissam propter hoc transtulit Deus Regnum de eo in Dauid, ecce ergo quod est ridicula, & falsa illa distinctio Barclaij de remouendo Rege vt hęretico, non vt Rege, & de puniendo eius hęresim, non ipsum vt Regem,& vt personam, nam Deus propter peccata, & idolatrias, & hęreses Regnum,& cæterorum puniuit personas eorum,& sanguinem dissipauit; sic ergo Pontifex propter hęresim, vel aliam hostilitatem ab homine in religionem debet punire hominem, personam peccantem, & vt Regem, & vt hęreticum, & ab eo separare ius Regale, & populos ab eo, vt tali persona, & vt à Rege propter hęresim eius, & hostilitatem religioni, vt pote prorumpentem ex voluntate eius, non deforis ei quasi inconsulto, & inuoluntario aduenientem, Exod. 32. F. in num. 25. A. B. C. D. in fine cap. addito post 30. tit. 2. de Sacerd. & Imp.

Ad 2. propositionem, ò quam ignorans, & æquiuoca falsaquè est, videndum est à quo procedat actiuè, & per caminosè scandalum, malū, perturbatio Reipublicæ? non ne supponitur Deum excōmunicatum esse hęreticum, esse infensum religioni? certe, ecce ergo scandalum, malum, & perturbationem Christianæ Reipublicæ, esse ipsum Regē hęreticum? qui cum sit hæreticus abutitur potestate ad sui prauam cōditionem contra Rempublicam Christianam, tenuit obedire Pastori, ouibus

ouibus Saluatoris insidiatur, quodnam enim est maius scandalum, ma orum gregis perturbationum, & damnum, quā Lupum esse in g e- ge minore gregem, auersum a Deo, conuersum Dęmoni pręesse creaturis Deo obedientibus seruis? Hęreticus, & alter religionis hostis si praeest facto fidelibus est Lupus, est Leo, est mala feraquè bestia in grege Saluatoris, est veluti spiritus nequam in filijs Dei, & proinde mala scandala perturbationes ex eis sunt. & Pastor debet vires exerrere, acuere fulmina suæ Diuinæ potestatis contra hos Lupos, & malas bestias, & liberare gregem Domini ab eis, nequè scandala, malaq; debent obstare cap. 48. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio nostri operis, quia hæc prouenjunt à Lupis, a malis bestijs in grege Domini dominantibus, non ex actu munere, & firem Pastoris Diuini fulminantis has malas bestias, vt tollat à grege Domini, cum mala, scandala perturbationes, quæ illi Lupi, ille feræ bestiæ intulerant, augerent quoq; & defenderent in grege Domini, ecce Diuina documenta, & gesta. Princi es, & populi rebellarunt contra Moysen, & Aaron, ipsi fugerunt ad tabernaculum, tumultus Principum, & populi inualescebat, Deus omnipotens tunc apparenti gloria suæ Maiestatis obumbrauit defendit Aaron, & Moysen, Principes, & populos ad millia, & Hiatu terræ, & furenti flamma consumpsit in num. 16. en quanta scandala? quanta perturbatio Reipublicæ illorum fidelium? numquid ergo Diuina vltio in eos non debebat esse, debebat continere, propter tot scādala, & perturbationes? nequaquam? Elias ob scelera Regis Acab, & Regni prohibuit pluuiam per Annos 3. Reg. 17. A. ò quanta scandala, mala quales Regni perturbationes, omnia ariditate Torreri, post, Elias in faciem Regis Achab trucidauit illius Sacerdotes idolatras 3. Reg. 18 G. 40. post duos Principes legatos Regis Ochoziæ flamma cum comitatu consumpsit, 4. Reg. 1. ò quanta scandala, mala? quales Regni perturbationes? non Elias fecit hæc mala, nec rigor eius, fecerunt hæc mala, has perturbationes induxerunt Reges iniqui religionis offensores, peruersi populi, superbia inordinata Principum. Rex Achab, obuius Eliç ei obiecit. Tu ne es ille, qui conturbas Israel? & ille a t non ergo turbaui Israel, sed tu, & domus Patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti estis Balaim? 3. Reg. 18. C. 18, non ergo Pontifex Dei Vicarius debet se abstinere ab excommunicādo Principes, & priuando potestate ab eorum scelera ingentia contra legem Dei segregando populos ab eorum obedientia ob allegata mala, scandala, & perturbationes, cum hæc proueniant ex superbia, & peruersitate Principum excommunicatorum renuentium reformari Deo, & mandatis eius seruire, & volentium potius cum Dęmone persistere, dummodo suam malitiam, & superbiam teneant, tyrannidem exerceant, nihil ducentes abrumpere Diuinas ordinationes, resistere, inua-

inuadere si possunt mandata, & personam, & potestatem Diuini Vicarij Ecclesiastici. Tantum imperent, pereat anima, religio nihil ad nos dicunt illi Ebreij furore diabolico, quæ fusius probauimus ca. 48. tit. 2. de Sacerd. & Imp.

Dispensatio sup. iure Diuino qualiter.

Ad 3. sæpius repetitum de dispensatione super iure Diuino, & primo ad textum ibi allatum, dicimus ergo quod cap. 6. cum ad monasterium §. quia abdicatio, in fine cap. de statu Monacorum non facit cōtra nos, sed contra te Barclaij: nam ibi Innocentius 3. dicit Abbatem non posse dispensare Monachum ad habendam proprietatem, cum neque eam, neque custodiam castitatis Monacho possit dispensare Pōtifex. Ratio est, quia castitas, & paupertas semper est de bono, & de meliori, & semper Deo chara, & amabilis.

Sed ò Barclaij? Rex hereticus, infidelis, religioni insidiator non est Deo amabilis, sed exosus, non est bonus, sed malus non est Deo ordinatus, & obediens, sed deordinatus, repugnans.

Ideo Pontifex qui non potest dispensare super illo bono paupertatis, & castitatis Monachi, potest dispensare super iuramento, & obligatione populorum erga talem malum Principem, religioni oppositum infensum, & tollere ab eius persona ius regale, cum non sit ei datum a Deo, vt eo abuteretur contra Deum, & eius mandata, sed vt eis deseruiret tanquam ei seruus, & minister. Leuit. cap. 26. C. vsquè ad G. 2. Paralip. 6. ibid. 1. Paralip. 10. D. 17. 1. Reg. 12. in fine, 3. Reg. 11. B. 11. quia habuisti, & cap. 14. per totum, & cap. 15. G. 30. 4. Reg. cap. 9. & cap. 10. supra ad 1. hu. cap. 26. ca. 2. addito post 28. tit. 2. de Sacerd. & Imp. & ca. addito post 5. tit. 4. eodem. Ideoq; exurgente illo abusu potestatis, illa peruersitate person. contra Deū, legēq; eius, eo ipso est ab illa persona a Deo remotū ius Regale, sicuti de Rege Ieroboā institutis a Deo, postea proiectis 3. Reg. ca. 12. in fine ca. 13. A. cap. 14. cap. 15. G. 40. constat, sicuti Deus contulit animam organo benè disposito, vitam Titio, vt bene, non male operaretur; Ideo confirmatis indispositionibus in organo Deus reuocat animam ab eo, si Titius furetur, occidat, Iudex Dei minister, iuste eū vita priuat, etiam si vita eorum sit iure Diuino singulariter, vt tu sumis ius Diuinum, quia immediatè à Deo est anima, & ita vita hominis. Ideoquè Pontificem has priuare iure Regio, non est abrumpere ius Diuinum, vel Diuinam ordinationem, sed exequi eius conditionem Dei mente, & est liberare purgare ius Diuinum ab illo indigno fido repugnante subiecto iuri Diuino, neque est dispensare super ius Diuinū contra ipsum, sed iudicare super indispositionibus subiecti repugnantibus iuri Diuino, & ob id priuare tale subiectum sic male affectum iure Diuino est priuatum iam a Deo, & ex ipsa conditione iuris Diuini manifestare, non extinctione iuris Diuini, sed exclusione indi-

gni

gni subiecti, quo casu conseruatur, & liberatur ab illius faditate ius Diuinum in sua puritate, & conditio iuris Diuini.

Quæ est confirmatio præcedentium respondeatur, vt ad 3. iam hoc argumentum est sæpius repetitum à Barclaio, & iam sæpius diximus supra cap. 21. ad 6. cap. 22. ad 2. cap. 3. post solutionem ad 9. cap. 5. solutione ad 1. hu. responsi. Ius regale respectiue ad personam gestantem esse à Deo limitatum, conditionatum, non absolutum, cum Rex remaneat creatura, ideo debeat Deo, & mandatis eius deseruire, non contradicere, & repugnare, Sap. 6. A. B. Leuit. cap. 26. C. 14. quod si non audieritis D.E. F. vsquè ad. G. 1. Reg. 12. in fine, igitur timete Dominum, & seruite ei, &c. quod si, &c. debebat esse de numero fratrum idest fidelium, ne seducat subiectos à vero Dei cultu, debebat esse minister Dei secundum iustitiam ad Dei mentem regens Sap. 6. A. B. in num. 27. D. vsquè ad finem Deut. 17. D. 19. 3. Reg. 3. 6. 2. Paralip. 6. C. 16. Non deficiet, &. ita tamen, &c. fusè cap. 5. tit. 4. hu. de Sacerd. & Imp. &c. Sicuti anima immediatè à Deo datur, & ita iure Diuino, organo tamen conditionato qualificato; ideoquè si subiectū deficiat à similibus Diuinis conditionibus, deficit quoq; à iure Diuino, & ius Diuinum ab eo recedit, sicuti anima a Deo immediatè data recedit ab organo corrupto, ideoquè Pontifex, qui est denuntiator Diuinę mentis, & gestorum, & amplius Vicarius Iudex eius super religione, & viatoribus, & defensione à nocentibus, &c. & cognitor super cōditionibus Diuini iuris, iudicat, & denuntiat tale subiectū ob suas peruersitates carere dispositionibus, & conditionibus Diuini iuris Regij, ideo carere per hoc Diuino iure, & Regali potestate, & ab eo iam recessisse Diuinum ius, sicuti anima à corpore corrupto recedit, & amplius sententialiter cum priuat illo iure Diuino ex potestate Diuina accepta à Deo super vijs, & viatoribus ad æternum, & defensione eorum ab infensis Math. 16. Ioan. vlt. quo casu Pontifex non frangit ius Diuinum, sed liberat, & conseruat ius Diuinum ab indigno, & repugnante subiecto, & frangit subiectum indignum repugnans iuri Diuino, vt custodiat ius Diuinum in sua sinceritate, & conditione, & relaxet illud vigere in alio subiecto conditionato benè, ad Dei mentem, sicuti constat de priuatione Saul à Regno ob eius scelera contra Diuina mandata, & translatione iuris Regij eius, & Regni in Dauid vti subiectum aptum ei per declaratoriā sententiæ Diuinæ per Samuelem, qui erat purus Nuntius Dei, 1. Reg. 15. D. E. F. cap. 16. C. 13. 14. 1. Paralip. 10. B. 5. D. 13. Mortuus est Saul, &c. & Pontifex est Dei Nuntius, & amplius est Dei Vicarius super vijs, & viatoribus contra repugnantia ad æternum, vt supra, & cap. 2. & 3. post 28. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio, Quod si dixeris Samuelem habuisse à Deo mandatum, primo posset dici illud mandatum tanquam a figura ad figura-

Ad 4.

Priuatio subiecti iure Diuino.

tum fuisse transmissum, & auctum in Pontificem Euangelicum, qui est terminus Ecclesiasticorum, & Sacerdotum veteris Testamenti, erat autem Samuel ex dedicatione sua Templo, & Heli supremo sacerdoti, & ex potestate publice, & rite sacrificandi sacerdos 1. Reg. 3. A. & cap. 1. in fine 28. cap. 7. C. 10. cap. 13. B. 8. 10. 11. 13. Præterquã Pontifex in Euangelio habuit sufficiens generale mandatum à Deo congenitum cum potestate Ioan. vlt. Pasce oues meas, ly. pasce, est mandatum, si pasce oues, igitur, & defende à Lupis, & cæteris malis bestijs, quæ sunt Hæretici, & cæteri hostes religionis, & Math. 16. Quidquid ligaueris, &c. ecce traditio vniuersalis potestatis Petro à Deo super vijs viatoribus ad æternum, & ita contra hostes prædictis, à qua potestate per directionem, correctionem ad æternum, & defensionem ab infensis ibi Saluator neminem excepit, & tamen modo prędicto generalissimam potestatem ei Deus contulit, igitur, & cum data potestate mandatum congenitum cum potestate data ei à Deo ad regendum, corrigendum, & defendendum à contrarijs vias, & viatores ad æternum bonum, & tale mandatum generale, & ita sufficiens dedit Deus Moysi, & Aaron ad liberandum populum, & ducendum ad Dei vocationem, & ad denuntiandum hoc Pharaoni, & ipsum resistentem per Imperium, deuastandum, & coercendũ pænis temporaliter, Exod. 6. B. 13. locutus est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem Regem Aegipti, vt educeret filios Israel de Terra Aegipti, ecce generale mandatum per media ad finem, & contra infensos, idem dedit Saluator B. Petro, locis Paulo ante præcitatis, super hominibus liberandis ab idolatria, iugoque Dæmoniorum per Euangelij obseruantiam ad Cœlestem Patriam.

Præterquam sicuti Deus Samueli, & alijs suis Nuntijs reuelabat auriculam, 1. Reg. 15. D. 16. fine me 3. Reg. 13. A. & cap. 14. per totum, ita B. Petro, & Successoribus suis cum promiserit vice Angeli Custodis se quotidie vsq; ad finem Mundi esse cum eo, & Apostolis, Math. in fine, & ecce, vobiscum sum, sequitur hoc intelligi per specialem custodiam, & reuelationẽ agendorum, nam assistentia alijs modis per immensitatem, productionem, conseruationem est etiam cum cæteris rebus Saluatoris. Apostolis autem, supposita illa generali assistentia cunctis specialem promisit, & ecce vobiscum sum omnibus diebus vsquè ad consumationem sæculi Math. in fine. De quo mandato multoties præcedentibus huius inuenies edoctum, & probatum, & ca. 1. additum post 28. tit. 2. de Sacerd. & Imp. & cap. 19. eod. cap. addito post 30. eodem.

Responsum ad seq. cap. 30. Quo responso respondeatur ad simile argumentum, quod Barclaius repetit infra cap. 30.

Pontificem autem esse superiorem cunctis sæculi potestatibus præfato

fato modo scilicet per directionem, correctionem viarum, & viatorũ ad æternum, & defensionem a contrarijs iam supra multoties est probatum cap. 2. & cap. 21. ad 8. Barclaij, & ratio euidens est, quia Põtifex est a Deo potestas super vijs & viatoribus ad æternam vitam dirigendo, corrigendo, & per defensionem à contrarijs ca. 2. & 3. tit. 2. de Sacerd. & Imp. cap. 20. eod. Math. 16. Ioan. vlt. ad Hebr. 5. A. In nu. 16. F. & cap. 17. per totum. Exod 6. B. 13. cum seq. cap. vsquè ad 15. Deut. 17. B. C. in num. 27. D. vsq; ad finem. 1. Machab. cap. 2. *Solutio ad aliam Barclaij repetitionem.*

Cap. XXVII.

Barclaius repetendo ea, quæ dixit cap. 26. asserit Pontificem non posse dispensare super iuramento subditorum erga suum Principem, nequè super iuramento priuatorum.

BArclaius primo concedens Papam posse dispensare super votis, postea subiungit.

Papam non posse dispẽsare iuramentum subditorum erga suũ Principem rationem adducens, quia iure Diuino hoc est imediatè sunt Reges, & obligatio subditorum suo Principi est de iure Diuino, super quo iure Diuino Pontifex non potest dispensare, supra cap. 26. ad 3. & 4. *Barclaij prima propositio, & ratio.*

2. Quia, dicit Barclaius iuramentum est obligatio, & ius acquisitum tertio, quod Pontifex ab inuito creditore non potest auferre.

3. Barclaius labitur in hæresim dicens ordinem Monachalem aliũq; in Ecclesia esse de iure humano, non Diuino, proinde & si Pontifex dispenset super votis religionis, non posse tamen dispensare super iuramento, & obligatione populorum, erga suum Principem, quia sunt de iure Diuino.

4. Barclaius dicit B. Petro, & Successoribus eius compettere potestatem Saluatoris, quam in humanis gessit, non illam quam habet Saluator vti Dei filius consubstantialis Patri, hinc repetendo ex cap. 24. ratione prima volens inferre cum Saluator in humanis nullum Regem priuauerit dominio, nec subditum absoluerit ab obedientia, neq; hoc potest facere Pontifex.

Responsum est responso ad 3. & 4. contrarium argumentum præcedentis ca 26. & amplius dicatur cum iuramentum nil aliud sit in substantia, quam implorata ab homine Diuina Veritas vt assistat in testẽ, & auctoritatem rei super qua inuocatur, & Deus cum sit summe bonus, actus, & veritas nõ possit assistere in corroborationem mali, falsi, *Solutio ad 1.*

vel indiferentis, vel Iocosi, hinc Pontifex cum sit potestas à Deo in his, quæ ad Deum pertinent, vt sæpius est probatum, & de se est clarum, iudicat rem super qua est inuocata Diuina veritas,non esse bonam, sed malam, vel esse de minori bono, vel esse mendacem, vel esse indifferentem,vel vanam,& Iocosam,ideo declarat iuramentum circa eam non tenere, idest declarat illi rei Diuinam veritatem & si imploratam non assistere in testem,& auctoritatem,& per hoc dispensat super iuramento reflexe, inquantum declarat reū esse incapacem eius, non defectu Diuinę veritatis, sed defectu rei, indispositione rei ad suscipiendum, vel susceptum retinendum iuramentum .

Sup. ca. 26. ad 3. & 4. Et hoc pacto dispensat Pontifex super Diuino iure, cognoscendo, & declarando rem, & subiectum esse incapacia indisposita eius v.g. Sacramentum Baptismi est Diuino iure proprie, declarat Pontifex materiam talem, & talem eius esse incapacem eius, vt aquam rosaceā, vinumq; esse materiam incapacem eius,& per hoc declarat Baptismū ex simili materia non tenere sic,& ius Diuinum Regium est limitatū, & conditionatum à Deo, quia homo Rex remanet adhuc creatura, & creatura rationalis,&c. inter cæteras conditiones, vna principalior est vt persona recipiens,& portans ius Regale debeat timere Deum, eiusq; mandatis ob temperare sub pena priuationis bonorum omnium vastationis omnium,& in specie priuationis Regni, & iuris Regalis vt supra cap. 26. ad 3. & 4. & supra alibi,&c. Leuit 26. C. 14. vsq; ad G. præclarissimè denuntiatur à Deo 1. Reg. 12. D. in fine. Quod si & ca. 15. E. 24. pro eo F. 28. scidit (1. Paral. 10. D. 18. Mortuus est Saul.) 3. Reg. 2. A. 4. si custodierint filij tui vias meas,&c. non auferetur tibi vir de solio Israel. 2. Paralip. 6. ib. non deficiet,&c. ita tamen.&c. cum ergo Pontifex sit obseruator Euangelij, idest mandatorum Dei, & Iudex executor super cæteris vt obseruent, & supero dinabilibus ad Deum habeat à Deo potestatem ligandi, & soluendi Math. 16. & habeat mandatum pascendi homines in hac vita ad vitam ęternam, & & per hoc defendendi à quibuscumq; contrarijs vijs, & viatoribus ad æternum,&c. Ioan. vlt. hinc. Pontifex inuigilat, cognoscit,& iudicat an in persona gestante ius regale, vel aliam potestatem polyticam vigerent præfatæ conditiones Diuini iuris Regij, & inuento, quod illę conditiones in illo subiecto non vigent, sed oppositæ sint introductæ ex malitia eius repugnantes debito, & conditionibus Diuini iuris Regij, declarat in tali subiecto carere tales conditiones Diuini iuris Regij, & oppositas ei esse introductas ex malitia, ob id tale subiectum esse priuatum iure Diuino, & in eo non vigere ius Diuinum Regium, ob idquè carere iure potestatis, & Regni, & esse Tyrannum occupatorem Diuini iuris,& Regni, obidquè populos, nullum debitum obligationis habere erga illum, quia potestas,& ius potestatis, & obediē-

Sup. cap. 21. ad 6 ca. 5. ad 1 ca. 3. post solutionem ad 9. §. Rimande cap. 26. ad 3. & 4.

tia

tia, & debitum obedientiæ subditorum corelatiua sunt, ideo deficien-te iure potestatis, expirat quoq; debitum populorum ad obediendū ei.

Per quod est responsum amplissimè et satisfactum ad probationem primæ rationis Barclaij, quod Reges sunt iure Diuino, & quod super iure Diuino Pontifex non possit dispensare, & est responsum ad simile repetitum argumentum Barclaij in cap. 30.

Ad 2. Est nefanda ignorantia Barclaij dicere iuramentum esse obligationem, & ius tertio acquisitum, vt dictum est ad 1. hu. nam iuramentum est implorata Diuina veritas ab homine, vt assistat, & auctoritatem rei, de qua, conferat, Deus autem, etsi imploratus non potest venire in contractum, in obligationem in ius tertij, sed solum potest ex imploratione super sistere rei auctorizando vtrinquè; ideo Pontifex dum dispensat super iuramentum, non aufert a tertio, vel ab alio ius, aut obigationem, præterquam cum Pontifex dispenset super iuramēto declarando materiam de qua ob suas qualitates non esse capacē iuramento, idest auctoritate Diuinæ veritatis imploratæ, quia sit res, vel vana, vel iocosa, vel mendax, vel mala, vel minus bona, quibus Diuina veritas vti summa bonitas, veritas, maiestas, actualitas non potest concurrere auctorizando (secus Phisice consertiando subiectum) ideo ex hac dispensatione, etiam quando iuramentum esset obligatio, & ius tertio acquisitum, non tolleretur a quopiam, aut ius acquisitum, aut obligatio, quia in casu talis dispensationis nullum fuisset propositę rei iuramentum, idest non fuisset illi rei, & propositio Diuina auctoritas assistens, & quod non est, & quod non competit alteri, non potest dici ab illo auferri, cum ei non competebat, non aderat. Ad. 2.

Ad 3. status Monacalis, & alter Ecclesiasticus sumitur substantialiter, idest vt ordo Ecclesiasticus, vt Sacramentum, quod nec à populo, nec à Rege, sed solum à Deo confertur, quod est de fide. Saluator insufflauit, & dixit accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt Ioan. 20. Videte si a Rege, vel populo fiat insufflatio, & collatio Spiritus Sancti, an à Saluatore? Concilium Tridentinum sess. 23. can. 3. 4. 6. 7. & cap. 1. 2. & dum in Cæna consecrauit, & inde contulit Apostolis auctoritatē consecrandi Lucas. 22. hoc ne gessit Saluator, an populus, vel Rex? vel Saluator per se, vel per hominem? Pariter in Testamento Sacerdotium fuit immediatè a Deo, non ab homine, in num. 17. per totum cap. 18. A. B. cum seq. cap. 16. F. vsquè ad finem Exod. 28. & cap. 39. Ad 3.

Propterea dicere (vt dicit Barclaius) ordinem Monacalem, & Clericorum substantialiter directè sumptum (sicuti debet sumi) vt ordinem Ecclesiasticum, vt Sacramentum, esse ab homine, non à Deo immediate, vt a quo, & vt ad terminum, & obiectum, est nefanda heresis Barclaij Edita in hoc suo cap. repugnans Euangelio, & etiam Testa-

mento

mento veteri, hinc audite gentes, audite omnes, fructum impugnationis potestatis Romani Pontificis, insolentiam, libidinem scribendi & iudicandi de tali potestate, ecce tandem lapsum in hæresim, in repugnantiam sc licet Euangelio, & Testamento veteri, vti modo euenit isti insolentissimo Barclaio, proditor animæ suæ? hoc est pretium, hoc est venundatio animę tuę, ficuti Iudę trad toris, ex ista procacitate scribendi de potestate Pontificis Euangelici, damnatio per hæresim conceptam, ed tam à te, sempiterna animæ tuæ? erat mirandum, si finis tuus, si sempiterna habitatio tua esset cũ B. Petro in Cœlis, aduersus quem tantum latrasti? sed mordere non potuisti? & non potius cum Etnicis, & Hæreticis, & Excommunicatis Principibus, quibus tantum his tuis scriptis ex adæsisti, adhęrendo exultasti. En hæresis à te concepta tandem addita? &c.

Alio pacto sumitur status Monacalis accidentaliter pro tali, vel tali habitu, vel a tali, & tali seruo Dei, quo ad habitum specialem, & certam quandam regulam, & hoc pacto est ab homine, licet illis declaratis sanctis, per eorum securitatem in Cœlo cum Deo, eorum gesta confirmata ab Apostolica Sede, cum per hoc existimentur, & sint confirmata a Deo, promittente Deo B. Petro, & per ipsum Successoribus eius, quidquid ligaueris, et. Math. 16. censeatur, et sint iure Diuino, sicuti Reges, et plusquam Reges, qui certe in communi à Deo sunt, sed in singulari hunc, et illum esse, vel fuisse a Deo, de quibusdam Testamentum vetus declarat, quorum stirps est extincta de alijs nulla est à Deo declaratio specialis expressa, sicuti est de Sanctis canonizatis ab Apostolica Sede.

Ad 4. Ad 4. Saluator in humanis adhuc degẽs vt homo deificatus, vt Christus tantæ erat potestatis, vt ipse adhuc in terris commorans visibilis Apostolis, dixerit de se. Data est mihi omnis potestas in Cœlo, et in Terra Math. in fine, illa clausula data, significat homini deificato, non ipsi Deo, nã vti Deo competit talis potestas non per dationem, sed per naturam, et identitatẽ Diuinitatis cum Patre, secundum quam Diuinitatem non distinguitur à Patre, sed est idem assentialiter cum Patre, si ergo Saluator vt homo in Diuino supposito, (non vt præcise Deus) habebat à Patre omnem potestatem in Cœlo, & in Terra, etiam adhuc commorans inter nos, igitur ei non deficiebat, ei non deerat, tanquam minor, potestas super Regibus, & Principibus etiam in temporalibus: Igitur si non eam exercuit, quod non conceditur, supra ca. 24. ad 1. erat tamen potens expeditissime vt homo Christus degens inter nos eam exercere; Ideoq; B. Petrus, qui est eius Vicarius vt hominis deificati prout ęternizat in Cœlo, & commoratus fuit in Terris, ab eodem habet potestatem paratissimam Vicariam eius super Regibus, & Principibus in tẽporalibus per directionem, & correctionem eorũ

ad

ad æternum. & per mulctam in eos, si repugnent vijs ad æternum, vel viatoribus, vt supra cap. 4. ad 1. & per 29. argumenta cap. 25. ad 2.

Ad 3. iterum regrediendo, vbi Barclaius dicit iuramentum esse maius voto Religionis, hoc est falsum, & probatio in contrarium est, primo quia iuramentum est ab homine ad Deum, vt Deus sit auctoritas ei ita vt iuramentum sit addita cautio, & auctoritas rei humanæ, vel alteri rei creatiuæ, sed votum est obligatio creaturæ erga Deum, quę & si antecedenter fit libera, applicata tamen Deo, euadit per acceptationem a Deo, fixa cum eo, & Sancta Sanctorum, eam què Deus expetit vehementissime Leuit. cap. fin. A. 9. & num. 30. Deut. 23. D. 21. cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis red lere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, sic autem Deus non expetit iuramentum à creatura, imo multoties est peccatum non assumes nomen Dei in vanum. Ideoquè maius est votum, quam iuramentum, quia in voto creatura obligatur, fixatur cum Deo, & hoc vehementissime a Deo expetitur. Iuramentum autem est beneficium Dei ad creaturam pro confirmatione actionum eius, a se Deo non expetitum, sed a creatura imploratum; cui tamen concurrere in auctorizationem Deus non promisit; sicuti declarauit se expetere votum, & voti breuem executionem, sed quidquid sit etiam de his; iam vtroquè pacto Pontifex dispensat super iuramento, & super iure Diuino, & super iure Regio, & obligatione populorum ad suum Principem per iudicium, & declaratoriam indispositionis, & repugnantiæ materierum, & subiectorum ad iuramentum, ad conditiones iuris Diuini, & iuris Diuini Regij, vt hoc ca. 27. ad 1. et cap. 26. ad 3. et 4. fuse cap. 1. post 28. tit. 2. de Sacerdotio, et Imperio operis nostri, cuius hoc est pars.

Ad 3. iterū

Cap. XXVIII. XXIX.

Barclaius his capitibus impudentissime carpit d. contradictione cap. inter corporalia de translatione Episcopi inter se, & contra suum Auctorem.

BArclaius digrediens libidine, & insolentia, & temeritate scribendi a suo proposito ad cap. inter corporalia de translatione Episcopi transit contra què ipsum latrat dicendo ibi legislatorē aliud scribere, aliudquè intend sse, & contextum pugnare contra se, & contra legislatorem, aut certe Pontificem exequari Deo, quia cum intendat translationem Episcopi non posse fieri ab inferiorious Papæ, sed solū

à Papa

à Papa, hoc principio vtitur, quod fortius est vinculũ spirituale, quod est Episcopi ad Eccesiam, quã carnale, quod est coniugij, cum ergo illud dispenset Papa non istud, sequitur principium allatum esse falsum, vel cum coniugium carnale reseruetur Deo, quo ad solutionem, & spirituale soluatur per Papã, quod est fortius carnali, ergo æquatur Pontifex Deo, vel contra mentem legislatoris sequitur, Pontificẽ non posse dispensare circa coniugium spirituale, cum neq; possit dispẽsare circa carnale, & tamen dicit, quod spirituale est fortius, & carnale est minus. Hęc est tota difficultas textus, quam ego magis expressi quam Barclaius expresserit.

De directo aggrediamur hanc difficultatem, & soluamus, non obsidentes, non circumeuntes latè eam, quasi declinantes frontem dubij finis ergo istius cap. inter corporalia Innocentij 3. tit. 7. de translatione Episcopi est damnare licentiam, & factum translationis Episcopi ad Ecclesiam, & auctoritatem aliorum Archiepiscoporum, absq; licentia Romani Pontificis, resoluendo hanc damnatam actionem in licitam affirmatiuam, quod trãslatio Episcopi de Ecclesia in Ecclesiam debeat esse per auctoritatem, & licentiam Romani Pontificis. Principium autem ad inferendã hanc conclusionem, est, quod fortius sit vinculum spirituale, quam carnale, sc. licet Episcopi ad Ecclesiam, quam coniugij, applicatio huius principij est, sed coniugium carnale non ab inferioribus, sed à Deo solo soluitur, & eidem reseruatur, & ita spirituale soli Deo reseruatur, quia autẽ ex hoc oboritur difficultas obiecta à Barclaio, quam prænouisse abbreuiatorum textus ostendit, dum respondet ei §. non enim si Deo reseruetur vinculum spirituale, quod à Papa non possit solui contra suum intentum, ideo hinc, tacitę obiectioni textus ibi occurrit §. non enim dicens solutionem quę fit à Papa vti Dei Vicario spiritualis coniugij, censeri factam à Deo, cum Pontifici dixerit Deus quidquid ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis, & hoc pacto, & Papa dat licentiam dissolutionis coniugij spiritualis, & tamen remanet propositum applicationis, quod à Deo fit, quia solutum à Papa in terris est solutum à Deo in Cælo Math. 16. nequè sequitur Papam ęquari Deo, quia quod dicit textus solutum à Papa esse solutum à Deo, dicit non per paritatem cum Deo, sed per cõmunicatam potestatem, & promissum receptum à Deo. Quidquid ligaueris super Terram erit ligatum, & in Cœlis, quidquid solueris, &c. & ita demostratur concordantia istius apparentis contraditionis dicti textus, per ipsummet textum benè discretum, & introspectum §. non enim humana, &c.

Partes istius textus sunt, principium probandi est §. cum ergo fortius, &c. applicatio siue minor est §. dubitari non debet quin, &c. solutio illius tacitę difficultatis, et contradictionis est §. nõ enĩ humana, etc.

con-

conclusio est §. sanè quoniã, pęna est §. prędictos Archiepiscopos,&c.

Sed altius concordetur dictus textus, & illa apparens siue falsitas, siue contradictio saluatur.

Apud Theologos, et Philosophos fuit in more, licet non frequenter, vnam negatiuam siue exclusiuam benè concludi, inquantum opposita inferior non concludatur per principium, quod supra affirmatiuam concludit, licet non infra exclusiuam, v. g. volo concludere istam negatiuam homo non est irrationalis, adduco istud principium Angelus non est irrationalis, hinc concludo, ergo nequè homo est irrationalis, 1. affirmatiua autem quæ est rationalis est homo per excessum concluditur ab illo principio, nam Angelus, nequè est irrationalis,& est supra rationalitatem, quia est intellectualis simplex, attamen ex isto excessu bene negatiua concluditur idest homo non est irrationalis, inquantum non concluditur, quod homo sit irrationalis. Principium ergo excedit affirmatiuam conclusionem, sed non decedit infra negatiuam, sed benè negatiuam probat, idest homo non est irrationalis. *Barclaij obiectiones.*

Sic ergo, negatiua textus, est quod Episcopus non possit transferri de Ecclesia in Ecclesiam per licentiam inferiorem Papæ, affirmatiua verò est, sed per licentiam Papæ.

Principium ergo adhibitum, & applicatio, quod vinculum spirituale sit fortius carnali, & quod vtrumq; reseruetur Deo, vt dicit textus benè concludit istam negatiuam, ergo ab inferioribus Papæ non potest solui, quia vt in principio est dictum solo Deo vtrumquè vinculum reseruatur: hoc tamen principium concludit supra affirmatiuam, scilicet quod de licentia Papæ soluatur coniugium particulariter spirituale; sed iste excessus non nocet, quia intentio ibi legislatoris fuit illa negatiua, quod ab inferioribus Papæ non possit licentiari dicta trãslatio, & pæna, & damnatio contra eos, qui, & si inferiores Papa presumpserunt dare licentiam dictæ translationi. *Solutio ad 1*

De his demus aliud exemplum.

Volo probare, quod Cælum non possit moueri à sublunaribus, & vtor hoc principio Angelus idest intelligentia non mouetur ab inferioribus, sed à Deo, ergo, & Cœlum cum moueatur imediate ab Angelo non mouetur ab inferioribus, hæc negatiua bene concluditur, quod Cœlum non moueatur ab inferioribus, siue moueatur ab Angelo siue à Deo, sed ex primo principio allato, quod Angelus moueatur à Deo, non ab inferioribus concluderetur supra affirmatiuam quod ab Angelo moueatur Cœlum, cum concluderetur moueri à Deo, quia & Angelus mouetur à Deo,& hoc fuit principium probandi, hic tamẽ non est vitium, nec contradictio conclusionis negatiuæ ex principio, quia ex hoc quod moueatur Angelus à Deo, & etiam si Cœlum a Deo

X moue-

moueretur, stat firma ista negatiua intentat, igitur Cœlum non mouetur ab inferioribus ipsi Deo, & Angelo, licet concluderetur supra affirmatiuam, quod moueatur Cœlum ab Angelo, ita ergo procedit ille textus, intendit concludere negatiuam, quod scilicet ab inferioribus Papę non possit dispensari,& licentiari translatio Episcopi, & vtitur hoc principio, & medio; Maius est vinculum spirituale,quam carnale,quod vtrumq; Deo reseruatur, ergo si Deo vtrumq; reseruetur, sequitur quod neutrum vinculum siuè spirituale Ecclesiæ, & Episcopi, &c. siue carnale, non possit solui ab inferioribus Papę, licet autē concluderetur supra affirmatiuam, quod spirituale vinculum soluatur per Papam nihil nocet illi negatiuæ, quia quocumq; pacto se habeat illud axioma, & applicatio, hoc certè cōcluditur quod ab inferioribus Papæ vinculum spirituale Episcopi, & Ecclesiæ non soluatur, quæ negatiua erat intentio textus, cum Pontifex in dicta conclusione puniat Archiepiscopos contrauentores suspensione a consecratione, & confirmatione Episcoporum,& Episcopum licentiatum ab eis in translatione ab executione Pontificalium, & hoc vtrumq; responsum supra allatum est meum ex me solo,& non alteri doctorum vnquā cognitū.

Dispensatio sup. iure Diuino qualiter.

Dicamus vlterius, similitudo sufficit vt conferat ad conclusionem intentam,licet in alijs discordaret, cum ergo ex illo principio, & medio, quod vinculum spirituale sit fortius vinculo carnali, & quod vtrūquè Deo seruetur, concludatur negatiua, quod ab inferioribus Papæ illud vinculum spirituale Ecclesiæ, & Episcopi non possit dispensari, & licentiari,sufficit & est bona similitudo,licet in alijs propositis prę ter dictam conclusionem negatiuam discordaret, & ita procedit ille textus, principium,medium,& illa negatiua conclusio, ideo benè omnia concordantur respectiuè ad illam negatiuam conclusionem, quod vinculum spirituale non possit ab inferioribus Papę licentiari,& solui, tametsi in alijs propositis illa pararellis, & applicatio discordaret.

Dicamus vlterius ad illud exioma,fortius est vinculum spirituale, quam carnale,hoc esse verum ex genere naturæ,quia ex genere naturæ spiritualia fortiora sunt materialibus,quia inbecillitas est ex materia,fortitudo, & actus ex immateriali, & ita Angelus est fortior Leone,&c. Philosophi,& Theologi me intelligunt.

Sed carnale est fortius spirituali vinculo ex Dei institutione deputatione, dicente Deo per Adam hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea,quod ergo Deus coniunxit homo non separet Genes. 2. D. 23. Math. 19.

Spiritus autem à Spiritu facile dissoluitur, quia in essendo est independens vnus ab altero, solumq; a Deo dependet, quæ responsa omnia sunt meæ mentis, non alterius Doctoris.

Concludamus. Si Bartholus, vel Baldus voluissent irridere legibus contra-

contrarijs sæpius ocurrentibus, & hinc Imperatori, fuissent existimati temerarij ignorantes carentes priuilegio Doctoratus, sic ergo iste Barclaius, dum perquisiuit apparentem contradictionem istius legis Pontificiæ Innocentij 3. & nesciuit concordare, sed irrisione fusus est contra legem canonicam, & legislatorem est Temerarius rusticus publico apparitore morigerandus, est ignorans, perfidus impudens, & caret laurea, & priuilegio Doctoratus, & de Doctore per istam insolentiam contra legem, & legislatorem supremæ potestatis euasit priuatus homunculus abrasus omnium peripsema, & abominatio, & contemptus Tonsor Triremis.

Cap. XXX.

Barclaius repetit obiectiones superiores cap. 27. 26. 21. ad 8. scilicet Pontificem posse excommunicare, non deponere Principem ob defectum in Religionem, neque posse absoluere populos ab eius obedientia.

Barclaij rationes in isto capite sunt.

Pontifex arcere potest vt Pastor Lupos à grege, modo, & potestate qua potest, sed non modo, & potestate quibus non potest, sed potest solum arcere excõmunicatione, non priuatione Regni, igitur non potest priuare quemp à Principum potestate, neq; ex causa hęresis. *Ratio 1. Barclaij.*

2. Pontifex nihil valde potest præcipere, vel dispensare contra ius naturale, vel Diuinum, sed Principes sunt iure Diuino, & populi ei subduntur iure Diuino, igitur Pontifex non potest eos priuare potestate, neque subditos absoluere à subiectione.

3. Ad deponendum requiritur superioritas, sed Pontifex non est superior Regibus in temporalibus, ergo in temporalibus eos non potest deponere.

Ad primum Pontificem posse non solum excommunicatione, sed etiam priuatione Regni temporalis arcere. Principes effectos lupos, & vtcumq; auersos a Deo, & insidiatores religioni, obedientiæ Euangelij, siue mandatorum Dei, & viatoribus ad æternam vitam iam sępius supra est probatum, & contrariæ obiectiones Barclaij dissolutę cap. 4. per 29. argumenta, & cap. 22. per totum cap. 24. cap. 25. ad 1. & 2. §. neque est nouum cap. 26. huius responsi. *Solutiones ad 1.*

Ad 2. responsum est cap. 26. ad 3. & 4. & cap. 27. ad 1. contrariũ & cap. 21. ad 6. & 8. & cap. 22. ad 2. & cap. 3. post solutionem ad 9. *Ad 2.*

& cap, 5. solutione ad 1. quo casu Pontifex non dispensat directè super ius Diuinum, sed super indispositionibus, & aduersi dispositionibus ad ius Diuinum repertis ex malitia in subiecto recipiente, vel gestante potestatem, sicuti indisposito, in summo, organo, Medicus denuntiat recessum animæ priuationem vitæ, quamuis vita sit iure Diuino idest vt dicit Barclaius ius Diuinum imediatè à Deo, & Iudex nõ abrumpendo ius Diuinum, Titium Latronem priuat vita, & si vita eius sit iure Diuino idest anima eius immediatè a Deo etiam singulariter, quod dubitabile est de pluribus Regibus, licet in communi sit certum Reges esse à Deo imediatè, et ratio est quia anima, & vita à Deo datur homini iure limitato, & conditionato, scilicet iuxta correspondentes dispositiones organicas, & ad benè recteq; viuendum, non aliter nec alio modo, & ita ius regale datur, personæ ad timendum Deũ, & seruiendum eis mandatis, sic, & non aliter, nec alio modo sub Diuina cõminatione, et executione priuationis omnium bonorũ, & in specie Regnorum vt supra sæpius cap. 26. ad 3. & 1.

Audite ergo ius Regium subiecto datur limitate conditionate, vt Deum timeat, obseruet eius mandata, neq; eis indurate contrarietur in regimine, vel alijs actionibus, sub pœna, & comminatione, & executione priuationis omnium bonorum, & iurium priuatorum, & publicorum, & in specie Regni, & Regnorum in contrauentores vt ex prę citatis, Leuit 26. C. 14. ego Dominus Deus vester, &c. à quo nullus homo est liber independẽs) quod si non audieritis, nec feceritis omnia mandata mea, &c. vsq; ad G. 42. exclusiuè 1. Reg. 12. D. in fine, igitur timete Dominũ, et seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro, &c. quod si perseueraueritis in malitia, & vos, & Rex vester pariter peribitis, & ca. 15. B. 24. pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini abiecit te Dominus ne sis Rex. 2. Paralip. 6. ib. non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super Tronum Israel, ita tamen si filij tui custodierint vias meas, & ambulauerint in lege mea, 1. Paralip. 10. in fine Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandata Domini, quod præceperat, & non custodiuerit illud, sed insuper etiam pithonissam consuluit, nec sperauit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit Regnum eius ad Dauid filium Isai. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos in patibulis contra Solem, vt auertatur furor meus ab Israel, quare hoc? quia fornicantes cum filiabus Moab in idem scelus traxerunt populũ in num. 25. A. 3. Reg. 14. B. 7. vade, & dic, etc. & cap. 15. G. 29. 30. cumq; regnasset, etc. ibi habetur vastatio domus Regalis Ieroboam à Deo expressis verbis, et factis quia abrumpit legem Dei, et contra Regem Achab per Iehu, et Diuinum prænuntium 4. Reg. 9. B. 7. Vnxite E. 22. vsque ad finem, et cap. 10. per totum. Ex quibus fit, cum Pontifex Euangelicus

gelicus sit Dei Vicarius in capite super cęteris hominibus pro instructione,& executione obedientiæ mandatorum Dei, scilicet Euangelij,& viarum,& viatorum ad æternam vitam,defensiuus prædictorum à contrarijs Math. 16. quidquid ligaueris, &c. & ad hoc habeat cum potestate mandatum à Deo, Pasce agnos meos,&c. Ioan vlt. inuigilat & videt in subiecto gestãte potestatẽ defecisse ex malitia subiecti illas præmemoratas limitationes, & cõditiones Diuini iuris Regij, & Regis, & oppositas illis aduersas esse introductas ex malitia subiecti gestantis potestatem, hinc ex sua potestate, & mandato acceptis à Deo, & suo debito post tale iuditium,admonet vt reformetur ad conditiones allegatas Diuini iuris, quo non iuuante, declarat, & denuntiat in illo subiecto ob defectum conditionum Diuini iuris Regij,& introductionem ex eius malitia indispositionum contrariarum illis Diuinis, iam ius Diuinum Regium ab eo recessisse, & euolasse, illudq; subiectũ esse priuatum illo iure Diuino Regio, sicuti anima auolat a corpore indisposito vltimo,& corpus remanet ob indispositiones suas priuatũ anima, & vita, quæ est iure Diuino, vt tu accipis, idest immediate à Deo,& quia corelatiua sunt ius Regium Diuinum, & non ius Diuinũ Regium in subiecto idest persona, & debitum,& non debitum subditorum ei, hinc declarato,quod in illa persona non sit amplius ius Diuinum Regium, ex necessaria correlatione est declaratum, populos cum cæteris illi personæ alios Regi non esse obligatos vllo iure Diuino subijci, vel obedire,ex quibus cõstat Pontificẽ non soluere ius Diuinum,sed solum declarare,& sententiare in illa persona non esse amplius ius Diuinum, sed ab eo à Deo retractum fuisse,quod ei fuerat limitate,& conditionate concessum à Deo vt supra est probatũ hic,&c. ob eiectionem à se ex sua malitia illarum conditionum requisitarum Diuini iurs Regij, & introductionem, & esercitium, & retentionem oppositarum indispositionum, & actorum contrariorum conditionibus,& viuificationibus Diuini iuris Regi à Deo volitis in subiecto cui, &c. vt supra hoc responso.

Ad 3. iam responsum est ex respon⁀o ad 2. hu. & ex præcitatis ibi, & cap. 21. ad 8. quod est conclusio totius cap. 21. hu. responsi, & cap. 26. in fine, & cap. 4. per 29. argum. & responio ad 1. & post solutionem ad 6. & cap. 25. ad. 2. §. neq; est nouum. Dicatur ergo vtique ad deponendum requiritur superioritas deponentis super deponendo in eo ordine, quo deponendus est; At qui Pontifex Euangelicus non solum est superior, sed est potestas superior post Deũ super quibuscũq; potestatibus polyticis etiam supremis, nedum in spiritualibus,sed etiã in temporalibus,per attingentiam tamen temporalium cõtra spirituale, & per directionem, & correctionem eorum ad obedientiam Euangelij,& vitam æternam,& per directionem etiam destructionem Ad 3

eorum

eorum, si per admonitiones reformari renuant, & persistant per temporalia contraire, & se opponere vijs, & viatoribus ad æternam vitã: hoc enim pacto, & ordine Deus fecit eum sibi Vicariu, & dixit ei qu dquid l gaueris super terram, &c. eo scilicet modo na rato, &c. Math. 16. & dedit ei mandatum. Pasce agnos meos, Ioan. vlt. eo modo narrato, à qua potestate collata, à quo mandato non constat in Euangelio Saluatorem excepisse, vel Reges, vel alias potestates per directionem, & correctionem eorum ad æternam vitam, & vbi opponuntur med js, & v atoribus ad æternam vitam, quod fusius sæpius supra exprobatum cap. 21. ad 8. & supra alibi, cuius figura expressa in Testamento veteri adæquata propria habetur, nam Moyses, & Aaron ambo Ecclesia stici tunc vt pote de Tribu Leui Exod. 2. A. postquam à Deo deputati sunt legati, & susceperunt mandatum ad Regem Pharaonem, & ad filios Israel pro Ducatu populi Dei ab e us potestate ad finem Diuinæ vocationis denuntiato prius Diuino mandato Regi, ipso præmonito, indurato persistente, a Deo inualuerunt superiori potestate super Rege, & Regno per potentiam imperij temporalem resistente, & repugnante executioni Diuini mandati, vt vterquè statum eius, gentem, & Regem ipsum temporaliter vastauerint iuste, & Deo placenter, & tandem Regem Regno, & vita priuauerint, & tamen illi erant solum Ecclesiastici Testamenti veteris, & legati Dei in illis vmbris, & hic sumus in proposito de Pótifice Euangelico legato Dei, & amplius eius Vicario, in quem est translatum reformatum, & auctũ Sacerdotium cum potestatibus, & legationibus Diuinis, ac mandatis Testamenti veteris, cum Deus in Euãgelio compleuerit illas vmbras, & legem, non euacuauerit, non reiecerit Math. 5. B. 17. Lucas vlt. G. ad Rom. 15. A. 1. ad Corint. 10. C. 11. 12. ad Hebr. 9. G. 23. cap. 1. per totum, cap. 10. A. cum seq. cap. 11. A. B. C. D. cap. translato de constit. in decretalibus, vide supra cap. 4. ad 1. & post solutionem ad 6. ibid. &c. & præcipuè per 29. argumẽta ibi, & cap. 25. ad 2. & hoc cap. 30. ad 2. cap. 27. ad 1. cap. 26. ad 3. & 4. extra ca. 2. & 3. post 28. additis, & 29. cum additis tit. 2. de Sacerd. & Imp. operis nostri, & ca. 31. tit. 4. cap. 10. tit. 1. cap. 13. tit. 2. de Sacerdotio, & Imperio ca. 5. cum addito tit. 4 eod.

Iterum ad 2. & 3. argumentum respondeatur. Pontificem et esse superiorem in temporalibus Regum mutando, vbi mutatio est ad Dei maiorem gloriam, et fidelium firmitatem, et posse dispensare, et mutare ius Diuinum conditionatum, vbi mutatio meliorat Dei, et fidei seruitium. Nam dius festus die septimo erat iure Diuino, idest expresso Dei mandato Exod. 20. B. 10. et tamen Apostolica Sedes transtulit, et mutauit diem festum de die septimo in octauum, ad damnandam Iudeorum obstinationem, et ad gloriam Resurrectionis Saluatoris, quæ

est

est maior, quam finis operum corporalium Saluatoris die septimo. Sic & Apostoli abrogarunt Circoncisionem, quamuis hæc fuisset iure Diuino. Exod. 4. F. 24. quia liberior est fides per Baptismum, illa abiecta. Act. 15. B. 7. E. 28. Ita quoq; Paulus Apostolus dispensauit 1. ad Corint. cap. 7. C. 12. 13. coniugium fidelium cum infidelibus, & ita Pontifices dispensat, quamuis in Deut. cap. 7. A. 3. tale coniugium fidelium cum infidelibus fuisset iure Diuino, idest expresso mandato à Deo prohibitum, ob lubricitatem tunc populi in scelus idolatriæ, quę ita non est in Christianis.

Cum ergo Reges sint iure Diuino conditionato, & plures eorum aliquando deprauentur contra religionem in pernitiem populorum, sicuti Saul, Ieroboã, &c. & melioretur ad extra Dei honor, & contutetur magis salus æterna hominum ex abiectione eorum, & inductione meliorum Principum, sicuti ex depositione Regis Saul, & subrogatione Dauid in Regem 1. Reg. 17. F. 28. cap. 16. C. 13.

Hinc Pontifices habent Diuinam potestatem, & mandatum substãtiale congenitum cum potestate. Math. 16. C. Ioan. vlt. B. C. Pasce agnos meos, & fuse supra mutandi eorum, alias, ius Diuinum, & ab eis auferendo, & eos potestate priuando, ob eorũ prauitates contra Deũ, & legem. & meliores inducendo ad regimen, vel iubere vt illi ad quos pertinet, alios in Principem eligant ad Dei maiorem gloriam, & populi salutem.

Cap. XXXI.

Barclaius excitat insolentem populi allocutionem dialogicam in modum argumenti ad Pontificem. Pontifex respondet ei.

BArclaius concludens superius dicta interponit dialogum populi ad Pontificem tanta temeritate, & dissolutione, vt representet Populum conuincere Pontificem, & Pontificem confusum obmutescere estq; iste dialogus argumentatiuus tota summa precedentium assertionum Barclaij per cap. 30. quas cum præcedentibus nos, & soluimus, & contrarium contra omnes propositiones, & prætensas rationes, & fines eius probauerimus, consequenter, & hunc dialogismum populi refrangimus, & Pontificem adducimus salutaria populo dicentem, deuium corrigentem ad salutem, resistentem correctionibus minitantem ruinam æternam.

Pater Sancte nequaquam es Rege nostro superior in temporalibus, *Populus.*

eiq; non potes obsequium temporale quod illi præstamus impedire?

Pontifex. Supra cap. 30. responso ad 3. & ca. 21. ad 8. & cap 4. ad 1. & post 6. & per 29. argumenta ibid. & alibi.

A Deo sum potestas superior etiam in temporalibus vestro Regi per directionem, correctionem eius, & vestrum ad obseruantiam Diuinorum mandatorum, ad salutem æternam, & per defensionem mediorum, & viatorū ad illud æternum a quibuscumquè contrarijs, siuè spiritualibus malis, siue temporalibus, hac ratione dicente mihi, non illi Saluatore, & conferente potestate, quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis Math. 16. & insuper mandante. Pasce agnos meos, & oues meas. Ioan. vlt. à quibus non excepit temporalia Regnū sed hæc subiecit mihi sicuti obligauit vocauit, citauit ea ad obseruantiam Diuinorum mandatorum, & vitam æternam; Totum Euangelium; Quorum Deus figuram viuam expressit etiam in Testamento veteri; dum Moysen, & Aaron fratres ambos Ecclesiasticos Exod. 2. A. 1. B. 10. in num. 26. G. 59. delegauit mandauit ad filios Israel, & Regem Pharaonē pro ducatu populi ad terminum diuini mandati Exod. 6. B. 13. cum seq. vsq; ad 15. qui adeò fuerunt superiores Regi, & Regno Ægipti in temporalibus, vt dum cognouerunt Regem per Imperium temporale resistere executioni Diuini mandati, cladibus temporalibus vastarunt Regnum eius, & Regem, & tandem ipsum Regno, & vita priuarunt, ob defensionem executionis Diuini mandati a resistentia, & impugnatione eius tēporalis potestatis Exod. 7. vsq; ad 15.

Et Deus Iosue electum à se Deo in magnum Principem vt pote successorem Moysi ita submisit cum populo, & tota multitudine Eleazaro supremo Sacerdoti, vt mandauerit ei. & subditis eius ingredi, & egredi ad verbum illius supremi Sacerdotis in num. 27 D. vsq; ad finem, & constat Sacerdotium illud vetus, sicuti sacrificium translatum melioratum, auctum, & completum, per Saluatorem, in Sacerdotium Euangelicum, & sacrificiū fuisse Mach. 5. B. Lucas vlt. C. G. ad Heb. 9. G. 23. cap. 1. & 10. & 11. 1. ad Corin. 10. C. 12.

Proinde iure Diuino religionis preualente cap. 22. hu. ad. 2. Leuit. 26. C. 14. vsq; ad G. 1. Paralip. 10. D. 1. Reg. 12. D. in fine, & cap. 15. E. F. 3. Reg. 14. B. C. D. & cap. 15. G. 30. & munere meæ potestatis possum, & debeo priuare personam vestri Regis potestate, vbi nocet, vel periculosus est nocere religioni, depellit a se obseruantiam mandatorum Dei, & auersus à Deo pergit ad æternam damnationem, & consequenter sententiare, vos nullo iure Diuino, nulloue debito teneri ad obediendum, & obsequendum ei, sicuti proiecto Rege Saule à iure potestatis, populi, & si ei obedissent, non tenebantur obedire, & obsequendo, malè faciebant, premittendo in hoc honorem falsum Regis deiecti à Deo, non amplius Regis, maiestati, & reuerentiæ Diuinę prolatæ visibiliter sententię per Samuelem Dei Nuntium contra ipsum Saul, antea, non tunc Regem.

Cur

Cur nos facere prohibes, quod Deus nos facere imperat. *Populus.*

Numquam Deus imperauit vobis, vel alijs obedire Regi ob sua scelera repugnanti iuri Diuino, & Diuinis mandatis, & vitæ æternæ, sententialiter priuato à Deo inuisibiliter, & per me eius Vicarium visibiliter omni potestate, & honore, numquid Deus imperauit populo obedire Regi Pharaoni resistenti executioni Diuini ei denuntiati mandati, tantum flagellato ruinis, terroribus à Moyse, & Aaron? Exod. 7. vsq; ad 15. numquid Deus mandauit populo obedire Ieroboam Regi reducenti eum à vera religione ad idola? 3. Reg. 12. in fine cap. 13. A. cap. 14. B. C. D. cap. 15. G. 30. mandauit quidem tibi Deus obedire Regi pergenti per Diuina mandata ad vitam æternam, oppositum autem & si quandoquè tollerauit, non mandauit tamen Deus 1. Reg. cap. 15. vsquè ad finem ex proposito suo. *Pontifex.*

An quia tuum est voluntatem Dei in lege Diuina, & scripturis Sanctis comprehensam interpretari. *Populus.*

Ex hoc, & ex alio, quia à Deo non habeo solum munus interpretis Diuinæ mentis expressę in Sacris litteris, sed etiam habeo potestatem iuditialem executiuam super cunctis ad obseruantiam Euangelij, & contentorum ad vitam ęternam, & habeo mandatum pascendi, hoc est instruendi, regendi, & corrigendi per Euangelium ad vitam æternam vniuersos homines, & depellendi contraria, & formidolosa, & nociua prædictis Ioan. vlt. & 10. A. C. supra sæpius hoc responso. *Pontifex. Math. 16. & cap. fin. in fine.*

At non est tamen illa interpretatio adhibenda, quæ legem penitus euacuet, & mandatum destruat? *Populus.*

Non est tuum docere me, & me iudicare, sed à me doceri, & iudicari debes ideo valde peruicax, & infronitus es, sed tamen verum est, quod dicis, non quia dixisti, sed quia aliunde est verum. *Pontifex. Mat. in fin. Lucas 10. C. 16.*

Non est ergo contra Dei legem, mandatumuè, me priuare iure potestatis, & Regno ob scelera contra Diuina mandata personam portãtem Regnum, monitionibus meis induratum, sed hoc est conquadratum, cõfiguratum Diuinis gestis, & denuntiationibus Diuinorũ Nuntiorum expressis in sacris literis, nam Deus ob scelera contra Diuina mandata priuauit Regno Saul, & Samuel denuntiauit in faciem eius talem priuationem 1. Reg. 15. D. E. 6. Deus priuauit Regno Achab, & extirpauit semen eius ob eius delicta cõtra religionem, & Elias Dei Nuntius talem priuationem ob talem causam eidem intimauit, 3. Reg. 21. E. 19. 4. Reg. cap. 9. & cap. 10. Ahias contra Regem Ioroboam 3. Reg. 14. C. D. E. Iehu Propheta denuntiauit priuationem domus, Regiæ Baasa de Regno ob eius scelera 3. Reg. 16. A. B. C. D. Eliseus sententiam priuationis solij Regalis contra Regalem stirpem Regis Achab 4. Reg. 9. & cap. 10. publicauit, & comminatus est. Deus voce ruente de Cœlo priuauit Regno Regem Nabuchodonosor, & pro-

iecit ad bestias, Daniel ei denuntiauit Daniel 4. & tandem Ieremias, & alij Diuini Nuntij priuationem libertatis, & Regni contra vltimos Reges, Iuda, et Israel denuntiarunt 2. Paralip. cap. fin. Ierem. ca. 25. & cap. 26. & 27.

Luc. 10. A. Ego autem sum Dei Nuntius in termino, sed plusquam Dei Nuntius, cum sim Dei Vicarius Math. in fine, & cap. 16. Ioan. vlt. C. 16.

Populus. Si quid dubij, vel obscuri est in lege Diuina ad Sedem Petri, idest ad Sedē, quā tu nunc tenes interpretationē veritatis accepturi confugimus, quod autē per se clarum est, id nulla interpretationis luce indiget.

Pontifex. Mat. 23. A. & cap. fin. in fine et 21 C. 25. Ex quo successisti in sedem, & Catedram Moysi, & B. Petri & quādo nam Deus tibi demandauit, euntes doce te omnes gentes? quod sāta impudentia relaberis ad me redarguendum in materia sacrarum literarum, & mihi docenti, regenti te ad salutem resistis, propterea tātæ superbiæ tuæ prima pœna est cecitas, vt falsum pro vero teneas contumaciter, tenebras pro luce palpes, Isa. 6. Math. 13. B. 12. ca. 15 B. 14. sicuti accidit populo tumultuanti contra Moysen, & Aaron vtrumq; Ecclesiasticum Exod. 2. A. obijcienti. *Vos populū Dei occidistis?* cum tamen non Moyses, & Aaron, sed eorum rebellio populo cladem tantam intulerit in num. 16. F. 42. E. 35. &c. En iam dixi imediate clarum, & frequens esse in sacris litteris Deum priuasse Regno Reges ob eorum inobedientiam, & scelera contra Diuina mandata, & hanc suam sententiam inuisibilem fuisse visibilem auditam factam per Dei ministros palam eam denuntiantes, & propterea dū ego vti Dei Nuntius, imo, & Vicarius Mat. 16. cap. fin. in fine denuntio sententia priuationis Regni contra Regem ob suam incorrectam malitiam esse à Deo, & per me vti eius Vicariū ex eo, non soluo legem, vel mādatum, sed conseruo, et sequor Dei gesta, & denuntiationes ministrorum Dei priuationis Regnorum contra Reges iniquos à Deo.

Supra imediate respōnso Pontificis Populo.

Populus. Cum Dominus, & Saluator noster iubeat nos reddere, quę sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo, & per Apostolum principibus, & potestatibus subditas esse, & dicto obedire, tuum est nobis declarare, quę sunt Cæsaris, idest, quæ à nobis Regi nostro debentur, et quæ sunt Dei vtiq; reddamus, & in ea distinctione libenter tuam vocem audiemus, at cum dicis nolite quicquam dare Cæsari, seu Principi vestro reddere, contradicis Christo, & proindè vocem tuam non audiemus.

Pontifex. Iam video te tanquam aspidem surdum obturasse aures veritati, & te vocem Pastoris non audire, sed blandiri Lupo personanti tibi faciē Pastoris ob consensum tuum. Dicas mihi, cum iam te mihi parem facis disputando, redarguendo, damnādo mea cōsilia? Postquam Samuel minister Sacer Dei sententiam denuntiauit priuationis à Deo Saul de Regno, numquid populus Dei mandato tenebatur ei dare tributū? si ita dicis, igitur Dei mandatum erat contra Dei sententiam prolatā

1. Reg. 7. C. 10 cap. 15. E. F. 29.

per

per Samuelem priuationis iuris Regij contra Saul, nam tributũ legitimum habet relationem ad legitimam potestatem, & mãdatum à Deo de soluendo tributum supponit mandatum Regis instituti conseruati, at si Deus priuauerat iure Regio, & Regno Saul, & hoc notificauerat populo per Samuelem, igitur per hoc à populo abstulerat mandatum de soluendo tributum Sauli. Si ergo populus post illam sententiã Saul soluebat tributum, hoc gratis prestabat ex se, absq; Dei maudato, imo contra Dei sententiã, qua priuauerat Saul Regno, si enim Saul erat à Deo priuatus Regno, & ita denuntiatus populo per Samuelem, igitur notoriè, & certo non erat amplius Rex, sed priuatus homo, igitur obedientia ei à populo non debebatur propterea Cæsari legitimo Principi à Deo permanenti tributum est soluendum ex Dei mente; at Cæsari, ob eius scelera, contra Diuina mandata, inuisibiliter deposito à Deo, visibiliter vero denũtiato deposito à Regno per Dei Sacros Ministros tributum non est soluendum ex Dei mandato, sed solum ex vestro iniquo arbitrio, qui magis adhæretis non Regi pro Rege, quã Diuinæ sententiæ priuationis eius de Regno visibiliter denuntiatæ per Dei Nuntios, quorum ego Dei Vicarius sum terminus, et nedum Dei Nuntius, sed Vicarius sum Math. 16. C. et cap. fin. in fine, et cap. 5. B. 17. Math. 10. A. 5. D. 40. Ioan. 13. C. 20. Lucas 10. A. C. 16.

30 Fatemur quidem, et profitemur sanctitatis tuæ expositioni, atquè interpretationi in lege Diuina locum esse, sed eam non admitti asserimus, quæ facit, vt ius naturale, vel Diuinum sit ludibrium, et penitus contemnatur, veluti ne à re de qua agitur aberremus, iubemur Principibus, et potestatibus obedire, tuas huius mandati explicationes, et restrictiones, quæ modo mandatum ipsum non extinguant tanquam filij obedientes libenter suscipimus, veluti cum inde nullam parẽdi obligationem oriri Regibus dicas, nisi in ijs, quæ ad temporalem eorum iurisdictionem pertinent, spiritualia omnino Christi Vicario, atq; Ecclesiæ reseruanda esse, item cum admones non esse obediendũ Regi in eo quod contra ius Diuinum, vel naturale imperat, aut quod alioqui bonis moribus aduersatur, at quando simpliciter, et absolutè præcipis ne nostro legitimo Principi, eiusq; monitis mandatis legibusquè vllo modo pareamus, præcepto tuo obedire non possumus, quia hoc non est mandata Dei interpretari quod sanctitati tuæ conceditur, sed penitus antiquare, et abrogare, quod nullo modo potes. *Populus.*

31 Misereamur impio non discet iustitiam, in terra sanctorum iniqua gessit Isaias 26. iam video te cum cecitate, et surditate illuminationi, et voci Dei resistentem maledictionem à Deo recepisse, vt mortui sepeliant mortuos Math. 13. B. 12. et cap. 15. B. 14. quot es redicam tibi, et nõ percipies? loquor homines an lapides? ius Regale est à Deo conditionatum ad sui timorem, et obseruantiã mandatorum personæ *Pontifex.*

Y 2 reci-

recipienti,& gestanti potestatē suprà cap. 30. ad 2. cap.27. ad 1. cap. 26. ad 3. & 4. cap. 21. ad 8. cap. 3. post solutionem ad 9. cap. 5. ad 1. cap. 4. ad 1. & post solutiones ad vlt. & per 29. argum. propterea deficientibus his conditionibus in tali persona ex prauitate voluntatis eius, primum ius Diuinum retrahitur, & aliud subintrat à Deo, quod scilicet talis iniqua persona sit ipso iure, & facto Diuino priuata quocumq; iure Diuino,& naturali potestatis,& Regni,& reddita,& proiecta in numerum priuatorum,& subditorum hominum, Leuit. ca. 26. C. 14. vsq; ad G. 1. Reg. 12. in fine,& cap. 15. D.E.F. 1. Paralip. 10. D. 17. 2. Paralip. 6. 16. 3. Reg. 4. B. 7. C. D. cap. 15. G. 30. 4. Reg. cap. 9. B. & cap. 10. per totum Daniel 4. E. F. G. proinde cum ego vti Dei Nuntius ad conformitatem huius Diuinę mentis,& gestorum eius denuntio,& sententio talem personam ob iniquitates suas contra Diuina mandata,non constrare amplius illis conditionibus Diuini Regij iuris,sed repugnantibus illi superbire,& ob id esse priuatam primo à Deo inuisibiliter iure Diuino Regio,& Regno. eiusq; sententiā ego manifesto,& denuntio,& amplius potestate iuditiali qua cōsto à Deo super his vt spirituale per temporale offendunt, eandemq; personam priuo iure Regio vti repugnantem incapacem eius,non soluo,neq; ad ludibrium duco ius naturale,vel Diuinum, sed vtrumq; teneo, conseruo, libero, & defendo a subiecto indigno incapaci, repugnante ei, & priori iure Diuino recedente à tali indigno repugnante ei subiecto, vtor ego altero sub intrato iure Diuino,quo talis persona indisposita incapax ob sua scelera ad primum ius Diuinum, est priuata, & proiecta à priori habito iure Diuino Regio, quo dato cessat, & est extinctū iure Diuino omne debitum subditorum ad Dei obediendum,cum iure Diuino careat ob sua scelera potestate,& Regno,quæ ei solum fuerāt donata, vel mutuata potius à Deo non absolutè, sed conditionaliter vt Deum timeret, legem obseruaret, vel ad eum violatam per voluntariam pænitentiam reformaretur supra in margine.

Math. 16. Ioan. vlt.

Populus. Christus cum claues Regni Cœlorum Petro tradidit non dedit ei potestatem faciendi de non peccato peccatum?

Pontifex. Vtiquè quando Deus dedit claues Regni Cœlorum B. Petro, non dedit ei potestatem de non peccato faciendi peccatum,sed bene dedit potestatem peccatores impęnitentes publicos contra Euangeliū Dei puniendi post correctionem, si correctionem recusarunt, nam Deus, cuius opera maximè in summis rebus sunt perfecta, si dedit potestatē B. Petro dirigendi homines (a qua vocatione non excipiuntur Reges) ad Regna Cœlorum,dedit per coincidentiam eidem potestatem super ijsdem ad tenenda media, quæ est obedientia Diuinis mandatis,& cōsequenter ad puniendum proteruos renuentes, imo abrumpentes talia media, & sua prauitate cęteros seducentes ab illis medijs. Ideoquè ve-

Mat. 16. & cap. 18. C. 17. Ioan. vl. Act. 5. A.B.

stros

ftros Reges, qui à Deo obligantur ad obedientiā mandatorum Dei,& vocantur ad Regna Cœlorum,& contumaciter, & indurate mandata Dei frangunt, obedire eis recusant,nec monitionibus reformantur ad pœnitendum, ex Diuina potestate possum, & debeo remouere a regimine, ne suo contagio cæteros commaculent ad perniciem æternam, & hoc faciendo, legem vel Dei mandatum non soluo, sed defendo, & iura Diuina, & mediorum, & supremi finis fracta ab iniquis Regibus vlciscor contra impios Reges Deo rebelles, Ministros Sathanæ, Deo hostes vt maximum ius Diuinum, quod est in obseruantia Diuinorum mandatorum præualeat, & violatores eius proterantur, sic exigente iure Diuino Creatoris Redemptoris, & vniuersæ rectæ naturæ Deo deseruientis, non repugnantis armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum Sap. 5. D. 18. numquid non me armauit suum Vicarium adulatorem contra eos, accipiet armaturam zelus illius, numquid ego sum Pastor Mercenarius reprobatus à Deo, Ioan. 10. & cap. vlt. qui non habeam zelum eius Sãctę Legis contra proteruos violatores eius? habuit Elias zelum Dei, & suæ Sanctæ Legis violatæ contra Regem Achab 3. Reg. 18. cap. 19. D. 4. Reg. 2. B. 12. & Ministros eius, & laudati,& glorificati sunt à Deo,& Matathias supremus Sacerdos cõtra Regem Antiochum, 1. Machab. 2. & ego Vicarius illius Altissimi dormitabo, & non vlciscar contra Reges impios violatores impenitẽtes Diuinæ Legis? & si vlciscar contra eos, ero damnatus a vobis impijs, si in exemplis illorum veterum Sacerdotum similia agentium sum à Deo approbatus, & glorificatus?

Populus.

Nos ergo communem cannonistarum doctrinam in hac parte sequimur, qui dicunt mandato Papæ non esse parendum, si vel iniustum sit, vel ex eo multa mala seu scandalum verisimiliter est futurum, aut turbatio status Ecclesiæ vel Reipublicæ Christianæ oritura, & ideo si Papa mandaret aliquid quod esset contra substantiam ordinis, idest quod repugnaret regulæ ab eis professæ, vt interpretatur Felinus in cap. accepimus de fide instrum. & cap. si quando de rescriptis, non teneretur ei obedire, vt idem Innocentius docet in cap. re Dei, de simonia, quã refert, & sequitur Martinus de Corracijs in tractatu de principibus quęst. 408. & Felin. in dicto cap. si quando,& dicto cap. accepimus. Quanto igitur minus debent Regum subditi Pontificem eos ab obedientia iure Diuino, & naturali Regi suo debita, & arctissimo iuris iurando fœdere sancita retrahere conantem audire? *Ex cap. 26. propositione 2. & responso ad 2.*

Pontifex.

Iam te video in tua malitia induratum, nolle cedere Spiritui Sancto, semper ad idem post tot responsa,& effusam lucem tibi remeantẽ, sicuti Dæmonem semper reflexum ad primum,& si damnatum sui propositum. Deus ergo nõ instituit, nec potuit instituere aliquem in Regem iure, vel facto, repugnantem suę maiestati,& mandatis, cum Deus

non

Supra precedentibus responsis cum locis Sacris ibi citat. ca. 30. ad 2. ca. 26. ad 3 & 4 ca. 27. ad 1. cap. 21. ad 8. ca 21. ad 6. ca 4. ad 1. et post 6. fusè per rationē expositam, & 29. argum. ca 22. ad 2. cap. 3. post solutionē ad 9. hu. responsi &c.

non possit sibi repugnare Deo, ideo omne ius Diuinum, & naturale Regum est conditionatum in persona cui tribuitur, ad Dei timorem, honorem, & ad obseruantiam mandatorum eius, ideoquè si repugnet Diuino honori, vrgeat contra Diuina mandata, & induratè persistat in tali scelere, eo ipso ex illa conditione iuris Diuini cessante ex prauitate subiecti, sic exigente iure Creatoris, & Redemptoris, & debito creaturæ, talis persona remanet priuata iure Diuino potestatis, ab eaq; vti ab informi monstruoso repugnante subiecto iam recessit ius Diuinum Regale, sicuti ab organo corrupto recedit anima, quæ est iure Diuino, quia imediate à Deo procedens, quę à Deo fuerat concessa solum organo disposito, & iam cum debitum populorum ad Regem sit correlatiuum ad veritatem potestatis, & iuris potestatis personæ, sequitur tale debitum ab eodem iure Creatoris, & debito creaturę erga creatorem esse ablatum, & extinctū à populis ad recessum, ad priuationem memoratam iuris Diuini Regij à persona Regis indisposita repugnante ei ob suas iniquitates, & ideo cum ego habeam à Deo potestatem, & mandatum ad custodiam, & defensionem mandatorum Dei, & ad promotionem, & executionem omnium hominum, nullo excepto, si sit homo, ad obseruantiam eorum, & ad Dei honorem, & timorem, sequitur quod concurrente, & iure Diuino, imo mandato, & potestate Diuina, & iure creaturæ obsequioso suo Creatori possim, & debeam manifestare, & denuntiare tales personas, quas Reges appellatis esse a Deo priuatas, & spoliatas quocumq; iure potestatis siue Diuino, siue naturali, & ex potestate Vicaria mea eas amplius sententialiter priuare ob sua scelera in Deum, & legem eius, & ita populos nullo amplius debito obligari ad illos quos priuatos à Deo, & à me constat omni iure potestatis ob eorum scelera, sic exigente iure Creatoris Redemptoris, & creaturæ debito erga suum Creatorem.

Mat. 16. & cap. fin. in fine Ioan vl.

Sup. cap. 26. ad 2.

Vbi autem allegas contra me canonistas, non te pudet allegare doctores, qui sunt doctores ex sequela, & obsequio erga legislatorem suum, contra me suum legislatorem, præter quam vel falsum ex eis allegas, vel illi errant quia scandalum, & perturbatio non euenit a censura Ecclesiastica, sed ex peruersitate Principum, & aliorum reorum, qui non assentiunt corrigi ad salutem æternam, sed furore tumescunt, quia assueuerunt diabolo, non Deo adhęrere, ideo illa censura est obseruāda illis datis. Videte Elias siccitatem per annos in Regnū Achab ob scelus idolatriæ Regis, & Regni mandat 3. Reg. 17. A. o quanta perturbatio Regni, quanta mala, quot scandala? numquid Elias iniustus, sententia, & censura eius iniusta, an Rex cum Regno impij apostatę? certe Rex, & Regnum, non Eliæ censura; Tu hanc inprobationem contra censuras Ecclesiasticas ex scandalo, & perturbatione ex malis Regni didicisti ab apostata Rege Achab, dicente contra Eliam.

Tu

Tu ne es ille, qui conturbas Israel? & ille (scilicet Elias) ait, non ego turbaui Israel, sed tu & domus Patris tui, qui dereliquisti mandata domini 3. Reg. 18. C. 18. & Elias respondet tuae improbationi, quam eduxeras ex ore Regis Achab haeretici, imo, & apostatae, respondeat praeter Eliam etiam Deus audisti illum tumultum Principum, & populorum renuentium obedire censurae, & actis, ne dum Moysi vtique Ecclesiastici Exod. 2. A. sed etiam Aaron supremi Sacerdotis in num. 16. E. Nunquid iniquitas populi, & Principum, an Moysi, & Aarõ? Deus decisit quaestionem, Principes, & populos tumultuarios contra Aaron, & Moysen flamma columpsit, illos autem glorificauit obumbrando eos Diuina gloria ad ostium tabernaculi, igitur cum scandala tumultus, mala proueniãt ex iniquitate Principum renuentium Sacerdoti summo obedire censuris eius est adhaerendum, & acta Principum censuratorum cum illis damnatis damnanda.

En Lupus in grege, Pastor acurrit, & arrepto hostile Lupum aggreditur, ferit, ille furit, fugit, confundit gregem, à quo haec perturbatio, scandalum, & mala? a Pastore acurrente saluante, an à Lupo intruso in gregem? si non es insensatus dices euenire à Lupo, non a Pastore, ergo Pastor debet relinquere lupum in grege, & reducere gladiũ & hastam, propter exortum scandalum, malum, & perturbationem in grege? O insensati, quis fascinauit vos non intelligere verba salutis. si rumor, si tumultus, si malum gregis est a Lupo illapso in gregem, & salus est à Pastore percutiente, & eijciente Lupũ à grege, prorsus grex debet adhaerere Pastori saluanti, non Lupo insidianti, & perturbanti, & mactanti.

Si ob eam causam nobis iubes Regis nostri iugum abijcere, quod per obedientiam ei exhibitam bonum spirituale periclitatur, respondemus id quid quid mali est ex quodam accidente euenire, siue per accidens fieri, malum enim bono, & bonum ex malo per se oriri non potest. Accidens autem illud dolenter ferimus, sed impedire non possumus, nos officium Regi debitum Dei iussu persoluimus, & secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quęrimus, ille si debito sibi obsequio, & tanto Dei beneficio abutatur, Deum supra se Iudicem sentiet se vindicem accerrimũ, nobis non licet officium deserere, & Dei mandata praeterire, vt bonum inde quamtumuis magnum consequatur, ne eam quam Apostolus annunciat damnationem ipsi nobis acquiramus. *Populus.*

Tu contendis obstinatione eadem semper repetendo, quae iam saepius effusa luce Diuina ex sacris mandatis, & gestis Dei, & Nuntiorũ Dei, & ex potestate, & mandato nobis à Deo datis dissipauimus, & tu tanquam canis reddis ad vomitum, & euomitum iterum reasumis, vt reuomas. *Pontifex.*

Solum

Solum in ista repetitione Ateismum contra Diuinam iustitiam effudisti adiectum, dum malum quodcumquè ex accidente quodam euenire asseris, & ita non ex voluntate peccatoris, quo dato, nullus peccabit, quia peccatum est ex proposito voluntatis, non ex mero accidẽte, & ita nullus merebitur pænas nec in hoc Mundo, nec in alio, quia nullibi peccabit, cum malum quodcumquè ex te proueniat ex quodã accidente, & ita nullum ex proposito voluntatis.

Vbi autem dicis te esse obligatum Regi, &c. sed ego dico magis spirituali bono, quia sicuti summum bonum est animæ ad Deum, ad vitã æternam in Cœlis, ita summum primumquè debitum hominis est ad animam suam ad spirituale æternum, ad Deum, ideo vbi Rex obstat spirituali bono, debes Regem reicere, vel saltem abhorrere, & bonum spirituale sempiternum tenere, sicuti fecerunt pueri Machabeorũ, Matathias, & Iudas contra Regem Antiochum, quos Deus glorificauit in in hoc, & in alio æterno Mundo 1. Machab. 2. cum seq. 2. Machab. 8. & cap. 7. C. 11. F. 30. Præterquam nullum debitum habes iure Diuino, vel naturali erga illum assertum à te Regem, qui contra Creatorẽ, legemq; eius fontem, & vim omnium iurium est, operatur, & vrget, postquam de tali scelere eius, & priuatione eius à Regno ob tale facinus constat per sensibilem denuntiationem, & sententiam mei, vti Vicarij Saluatoris, contra eum prolatam; neq; tali Regi alias Regi, modo priuato iure Regio, ob eius scelera contra Creatorem, legemquè eius, recusando obedientiam, damnationem acquiris, quam cõminatur Paulus, ad Romanos scribens cap. 13. A. sed in illam damnationem incurris, quia post ponis Dei inuisibilem sententiam per me factam visibilem contra talem Deo rebellem priuationis Regni reputando illũ esse Regem, quem scienter scis esse falsum Regem, esse à Deo, per me eius Vicarium denuntiatorem, priuatum Regno, & potestate, quia rebellis extitit per sua facinora Deo, & eius mandatis.

Populus. Qui iubet nos Regibus obedire, & reddere Cæsari quæ sunt Cæsaris, nullam distinctionem inter bonos, & malos facit, ac per hoc nec nos distinguere debemus.

Pontifex. Eo ipso quod Deus instituit Principes, ex se instituit bonos, sicuti Saul primo, Dauid, & Salomonem, & ita eo ipso quod iubet debitum erga nos, iubet iuxta suam institutionem, & ita iubet, vt ad bonos, & per hoc distinguit bonos a malis.

Præterquam cum boni sint a Deo, mali ex sua malitia, sicuti Salomon cultor Idolorum, Ieroboam, Roboam, Achab, & alij, ex sui natura, & ex Diuina institutione, & non institutione, & malitia quorundam distinguntur, & deteguntur.

3. Reg. 11. cap. 12. in fine cap. 13. A. 1. Paralip. 12. A.

Preterquã cõsule pueros Machabeorum, qui te populũ senescentẽ docebunt distinctionem bonorũ, & malorum Principũ, 2. Machab. 7. F. 30.

F. 30. non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis.

Te docebunt amplius Moyſes, & Aarō quinam ſint mali Principes quibus non obediendum, quinam boni quibus obediendum, dum Regē & Regnum Aegipti obtriuerunt cladibus, quia vt Deo rebelles auſi ſunt reſiſtere, & bellare contra Diuinum eis tranſmiſſum mandatum. Exod 6. vſq; ad cap. 15.

Te docebit Samuel, qui protulit ſententiam depoſitionis à Deo de Regno contra Regē Saul, cui, & ſi poſt populi obedierunt; obedierūt abſq; Diuino mandato obligante eos ad eum, quia iam non erat Rex amplius per denuntiationem ſententię Diuinę per Samuelē contra eū, ſoloue timore, vel tumore, & peruerſitate animi cōtra Diuinā ſententiam latā denuntiatam contra Saul (cui ſententiæ, ſicuti Deo non Sauli iam ſpoliato Regni iure à Deo obedire debebant) ei obtemperabant. 1. Reg. 15. E. F.

Te docebit Ahias contra Ieroboam, Eliseus, Elias contra Regem Achab, & tandem tota ſcriptura Regum digeſta in 4. libros, & Paralip. digeſti in duos libros ſingulariter te docebunt, & dictabunt quinam ſint mali Principes, quinam boni; ideoq; hoc Saluator ſupponens iam fuſius expreſſum in Teſtamento, non diſtinxit verbaliter in illo loco à te citato bonos, & malos, neq; enim oportuit Saluatorem in vno eodemq; cap. omnia dicenda congerere. 3. Reg. 14. et 15. G. 30. 4. Reg 9. 3. Reg 21. E. 19. cum ſeq.

Si vt docet B. Auguſt. is qui continentiā Deo vouit, nullo modo debet iſta compenſatione peccare, vt ideo credat vxorē ſibi eſſe ducendā quia promiſit, quę nuptias eius appetit futurā ſe eſſe Chriſtianā, atq; ita acquirat Deo animā in morte infedelitatis poſitę fœminę, quę parata eſt ſi huic nupſerit, fieri Chriſtiana, qua nos excuſatione apud Deū vtemur, ſi ut ſperatum aliquod bonum eueniat iuſiurandi religionem, & fidē violemus Deo, Regiq; noſtro datā? nihil .n. anima eſt preciosius, pro quā Dominus, & Saluator noſter non dignatus eſt, ſi ergo vt eam Chriſto lucremur, peccare non liceret, hic cuius rei cauſa peccandū? Populus.

Adhuc indomabilis cordis eadem repetis, & lucē veritatis refugis? Male applicas ſententiam Auguſt. & falſum, totumq; ei contrariū ſubmittis, nam arcere Lupum, & malam beſtiam a grege Domini, vel intruſam percutere eicere, non eſt malum facere propter ſperatū bonū ſed bonum facere propter bonum conſeruationis gregis eſſet quidem malum facere Paſtorem permittere Lupum, vel malam beſtiam gregē inuadere, ſi eam poſſet arcere. Ita perſona ius Regale geſtans per induratam contrauentionem publicā Diuinis mandatis, per contemptū Diuini honoris, euaſit Lupus, & mala beſtia contra ſuum Creatorem, & Redemptorem, & contra gregem Dei, ideo me Paſtore eius, à Deo inſtitutum demandatum, talem Regem permittere in grege Domini, eſſet malum propter malum, maius facere, nēpe propter æternam iacturam gregis, cum verò percutere fulminare è grege Domini eſt bonum, nō malum facere propter aliud bonum, non quidem preciſe ſperatum Pontifex.

ratum futurum dubitabile, vt tu ex S. August. ipsum non intelligens, adduxisti, sed anterius preualens ęternū pręparatū ab Altissimo, nempe Cœleste Regnum in Cœlis ab ęterno pręparatum obseruātib⁹ Diuina mandata, cui bono, quibus mandatis longe est minus, imo subditum ius Regale, & Rex, sicuti minister Domini, & ministerium serui est minus subditūq; Maiestati, honori, cultuiq; Domini, & eius supremo Regno.

Sup. ca. 22. ad 2. Leuit. 26. C. 14 vsque ad G. 2. Parali. 6. 36. Sap. 6. A. cum pluribus alijs precitatis retro, &c.

Neque est verum aut talem personam, publicum offensorem obstinatum cōtra Dei mandata esse Regem, vel iure Regio constare apud Dei iuditium, populumq; iuramento, vel alia obligatione Diuina vel naturali ei teneri 1. Reg. 15. E. F. cap. 12. D. in fine 1. Paralip. 10. D. 17. 3. Reg. 14. B. 17. cap. 15. G. Deut. 17. D. 18. postquā, & in fine Quia natura recta, Diuinum ius non potest esse cōtra suum Creatorē, contra iura, & mandata Creatoris, à quo & per quē est & natura, & ius & iustitia, & participata Diuinitas, & imediatio gestorū, quam imediationem tu vocas ius Diuinū, sicuti talis a se assertus Rex est contra suū Creatorem, & contra eius mandata publicus induratus operator, sicuti neq; Deus instituit, neq; potuit instituere quempiam in Regē ex proposito, & sine contra se Deum, & sua mandata, sed solum ad obedientiā suorum mandatorum ex pręcitatis, & cap. 26. ad 4. cap. 27. ad 1. cap. 30. ad 2. ca. 3. post solutionē ad 9. §. rīnāde cū seq. & propterea Deus obseruantes sua Diuina mandata Reges conseruauit, violantes, Iure Regio & Regno priuauit, sicuti Saul, Regem Pharaonemprius, sicuti Ieroboam, Baasa, Achab, Achaz, Manassen, vltimos Reges Israel 1. Reg. 15. E. F. quæ Diuina gesta nobis constant, nos afficiunt per denuntiationem factam à Deo sensibilem per suos Sacros Nuntios, sicuti per Moysen, & Aaron contra Regem Pharaonem, & Regnum per Samuelem contra Saul, per Ahiam contra Ieoroboam, per Iehu contra Baasa, per Eliam, & Eliseum contra Regē Achab, & Regales stirpes eorū, & ideò cum ego sim, & Dei Nuntius, & plusquā Dei Nūtius, cum sim eius Vicarius, & habeam à Deo, & potestate, & mandatū iuditialia, & executiua super hominibus pro executione mandatorum Dei, idest Euangelij cum consequentijs eius, & cōtentis in eo Mat. 16. Ioan. vlt. per me notificatur, & denuntiatur sensibi iter cunctis inuisibilis priuatio taliū assertorū Regū cū vsu umq; iuris Regalis, & Regni à Deo, & āplius iuditialiter p me priuant propter cognita iudicata scelera eorū cum inpęnitētia aduersus Diuina mādata, retracto autē iure Regali, et potestate à personis, quibus alias inerat, cessat eadē Diuina ordinat. omne debitū populor erga talē Regē alias Regē mō priuatū à Deo, p me denūtiatū, & iudicatū, & damnatū Diuina vi mihi cōmun c.

Exod. 6. cū seq. vsq; ad 18. 3. Reg. 14. et ca 15. G. 30. ca. 16 A. C. 10. vsq; ad nu. 33. 4 Reg. ca. 9. et cap. 10. 2. Paralip. 28. A B. C. ca 29 A. B 2. Paral. 33. A. B. C 4 Reg. 23. B. 26. et ca. 24. A. C. & ea fin. 2. Paralip. ca. fi.

Sup. cap 30. ad 2. ca. 27. ad 1 & 2.

Populus,

Quod autem pręterea dicis, te nos ab huius officij vinculo absoluere atq; absolutos declarare, id non omnē conscientię nostrę scrupulū adimit, sed animo pendere, & dubitare magis de tua potestate facit, quod sci-

ſcimus præceptum, cuius tu nobis gratiam facturus promittis, Dei, & naturę lege eſſe ſancitum, ſanctitatem vero tuā non poſſe, nec quidem de plenitudine poteſtatis legis naturalis, & diuinę gratiā cuiquā facere.

Video te populum ſtultum, & inſipientem dubitare de mea poteſtate, quia ex tuis actis te video gregem reiecto Paſtore tibi dato a Deo, contra eius mandatum, aberrantē ſub ducatu Luporum, & beſtiarum periclitari animas & Vitam æternam. *Pontifex.*

Attende ergo, & ſępius replicatū tibi, iam recipe. & da locū Spirituī Sācto iuramentū eſt implorata diuina aſſiſtētia rei, & perſonę inuocāti & ſuper quā inuocatur in teſtem, & auctoritatē veritatis, & bonitatis. & quia Deus renuit, & ſi imploratus, aſſiſtere, & auctorizare rem malā à Deo procedentum, priuatumq; iure Diuino, & Regno, cum ipſe ſit ſūme bonus, & Rex Regum; Ideo non viget vllum iuramentum ad fauorē perſonę aſſertę Regis iam malę effectę per auerſionem a Deo, conuerſionem ad diabolum, & vrgētis contra Diuina mandata, propter talia ſcelera a deo inuiſibiliter priuatę iure poteſtatis 1. Reg. 15. D. E. F. ca. 12. in fine igitur vsq; ad fin. 3. Reg. 11. B. 11. quia &c. diſrumpens ſcindam Regnū tuū, ca. 14. B. 8. qu a exaltaui te C. D. vſq; ad nū. 17. & ſenſibiliter per me denūtiate vobis, & ideo neq; vllum viget debitū, & vinculum, aut naturę, aut Diuinū populorū ad eum, quod conſequitur priuationem eius a deo iure poteſtatis, hoc pacto ego Pontifex Dei Vicarius auctoritatē habeo gratiā faciēdi ſuper iure naturę, & Diuino obliquè per denuntiationem ſenſibilem inuiſibilis retractionis, vel denegationis à Deo iuris naturalis, & Diuini a tali perſona, ob eius induratam tranſgreſſionem contra Diuina mādata, ſicuti Deus ob ſcelera iure Regio priuauit Saul 1. Reg. 15. E. F. Ieroboam, 3. Reg. 14. B. C. D. cap. 15. G. 30. Baaſſa, ca. 16. A. C. vſq; ad D. Achab, 3. Reg. ca. 20. E. cap. fin. E. 34. cum ſeq. Achaz, 2. Paralip. 28. A. B. C. D. cap. 29. A. B. Manaſſen, cap. 33. A. B. C. Sedeciam, 2. Paralip. ca. fin. 4. Reg. cap. fin. Ieremias cap. 25. 26. 27. & per talem priuationē eorū abſtulit a ſubiectis omne debitū obediētię erga eos, cum hoc cōſequatur ius regale datum, vel ablatū a Deo, & talē eius priuationē denunciarūt ſerui Dei, vt Samuel Ahias, Iehu, Elias, Eliſeus, Ieremias, quib⁹ ego in munere ſuccedo, & pręexcello poteſtate, cū Dei Vicarius ſim.

Pręterquā alia via diſpenſare, & gratiam facere poſſum ſuper iure naturali, & Diuino conditionato, non directè, abſoluteq; ſuper eis, ſed ſuper ſubiectis, iudicando in eis eſſe conditiones repugnantes conditionibus iuris naturalis, vel Diuini, ideoq; tale ſubiectum carere iure naturę recto, & Diuino, ſicuti Medicus attentis indiſpoſitionibus organi iudicat mortem imminere & corrupto organo animam euolaſſe ab eo & ſi vita ſit iure Diuino, vt tu accipis, quia imediatè anima hominis eſt à Deo; ego autem a Deo inſtitutus ſum ſuper hominibus per executio-

nem directionẽ,& correctionẽ eor ad obseruantiam Diuinorum mandatorum ad vitam æternam Math. 16. tu es Petrus &c. Ioan. vlt. Pasce agnos meos, ideo possum, & debeo iudicare super dispositionibus subiectorũ ad ea,& super in dispositionibus repugnãtibus cõtra illa,& per hoc iudicare talia subiecta constare, vel non constare rectitudine naturæ,vel iure Diuino, idest opere, & instituto imediate adeo, vt tu accipis ius Diuinum pro imediatione rei, & gesti à Deo, nam alia ratione sumitur,& est maius ius Diuinum, quod ne dum est à Deo imediate, sed obiectiue Deum directè concernit, & continet in se Diuinã gratiam, vt Beatitudo, lumen glorię, gratia, Sacramenta, de quo altò genere Reges neq; sunt,neq; esse possunt iure Diuino, quia obiectiuè per temporalia sunt ad terrenam pacem rerum mortalium de directo ordinario naturali assequendo, neq; populorum debitum erga eos est tali alto iure Diuino, quia eorum est debitum ad creaturam pro accidente,& pro terrena pace, vt fine consequendo in terris,& propterea, quando ego non possẽ iudicare, & dispensare super illo alto proprioq; iure Diuino, licet, & ratione dispositionum, vel indispositionum materierũ,& subiectorum illius alti generis iuris Diuini possim iudicare,& declarare, possum tamen dispensare, & iudicare super iure asserto Diuino regum debitouè populorum ad eos, maximè vbi attingunt spirituale,maxime intuitu dispositionum,vel indispositionum subiectorum cum proprie non sint iura Diuina,quę specificantur ab obiecto,& fine proximo directo sibi corespondente, sed iura humanata mortalia;sicut & formica,& Leo ab initio fuit imediate a Deo productus,quis autem dicet formicam,& leonem,quẽ absq; peccato vnusquisq; potest interficere,esse iure Diuino? & hoc pacto tu,& tui Doctores sumitis ius Diuinũ pro imediato gesto a Deo etiã si sit mortale ad mortale,in se gratiã Dei proprie nec cõtinens,nec inferens,nec Deũ vti finẽ consecutionis sed partẽ terrenã, vti metã assecutionis cõplectens,quãtũ fit ex solo suo ordinario munere,nã ad altiorẽ finẽ se habet passiuè, nõ ex potestate, sub mea directiõe,& correct. vti mobiles oues,& agni,nõ vti potestat. Moyses,& Aaron vtiq; Ecclesiastici vt pote de Tribu Leui, Exod. 2. A. fratres mei in figura, & vmbra potestatis soluerunt debitum obedientię populi israel erga Regem Pharaonem,quia ille repugnare Diuino mandato præsumpsit & attentauit Exod. ca. 5. cum seq. vsq; ad 15. ca. sub quo tamen Rege ipsi cum populo nati erant subiecti, & tamen nõ abruperunt,aut ius naturę,aut ius Diuinum,neq; a tali iure eorũ actio fuit damnata,& inualidata soluẽdo populum,& se ab illius Regis obedientia. Gedeon soluit subiectionem populi a Madianitis, quibus ãtea seruiebant lib. Iud. 6. G. & ca. 7. Sampson vtiq; attributione, & oblatione Ecclesiasticus,quia Nazareus rupit subiectionem antiquam populi sub Phylisteis lib. Iud. 13. A. 5. 6. cap. 14. A. 4. cum seq. Samue

vti-

vtiquè Ecclesiasticus 1. Reg. cap. 3. A. cap. 7. C. Regno priuatum à Deo Regem Saul denuntiādo publicè, liberauit iure populum ab obedientia erga illum 1. R. 15. D. E. F. quæ solū ei debebatur respectiuè, si & inquantum à Deo publice remanebat Rex. Elias priuauit iure potestatis, & ita debito subiectionis populi erga eum, Regem Ochoziam dum legatos eius Principes flamma consumpsit, quia verba dominationis ex animo super statu sacrorum Minister Dei protulerunt, homo Dei Rex præcepit, descēde festina, &c. 4. Reg. 1. Dauid rupit frenū tributi populi de manu Philistæm, quibus antea erat tributarius Israel 2. Reg. 8. A. 1. Ezechias Rex rupit seruitutem, & tributum erga Regē Assyriorum 4. Reg. 18. Matathias supremus Sacerdos cum filijs suis; Iuda, & cæteris ne dum seruitutem, & subiectionem erga Regem Antiochum abrupit, sed ad arma conuolans attriuit copias Regis 1. Machab. 2. cum alijs, & horum gesta Deus non reprobauit, sed approbauit, & glorificauit, ego quero à te popule insipiens, qui vt adamantem contraxisti frontem, vt veritati resistas. An isti fregerunt ius Diuinum, vel naturæ, an populo iusserunt peccatum contra Dei legem, mandatum ius naturæ, vel Diuinum, dum ipsi soluerunt eos iam subditos illis Regibus à debito, & actu obedientiæ erga eos? an iuste hoc fecerint, nusquam violato Diuino, vel naturæ iure, lege, vel mandato Dei? primum dicere est contra scripturam sanctam, approbationem à Deo gestorum ab eis; & probitatem illorum Sacerdotum; & Regum Testamenti veteris, igitur secundum, propterea ego, qui minoris potestatis non sum illis Regibus in materia proposita, & sum terminus, complementum vmbrarum, & figurarum Ecclesiasticorum & Sacerdotum veteris Testamenti, cum Saluator sicuti transtulerit, & auxerit sacrificium veteris legis in sacrificium Euangelij, ita potestatem illam Ecclesiasticam, & Sacerdotalem transtulerit, auxerit reformauerit in melius, & maius in potestatem Ecclesiasticam, & Sacerdotalē status Euāgelici, quæ in me vt in cap. est collocata, & in Antecessoribus, & Successoribus meis à Diuina singulari voluntate Mat. 5. B. 17. ad Hebr. 5. A. omnis Pontifex ad Hebr. 9. G. 23. & cap. 1. per totum cap. 10. A. cap. 11. A. B. C. D. 1. ad Corint. 10. C. 11. Math. 16. Ioan. vlt. non frango Diuinam legem, vel mandatum, vel ius Diuinum, vel naturæ, neque præcipio populis, vt illud transgrediantur, dum soluo populos à debito seruitutis, & obsequij erga Regem iam à Deo priuatum Regno ob sua indurata publicaquè scelera contra Diuina mandata, & vti talem a me Vicario Dei denuntiatum, publicatum vobis. *Populus.* *Pontifex.*

Dices forsitan illos habuisse mandatum à Deo ad illa peragenda; aliqui tamen, non omnes habuerunt mandatum, vt Moyses, & Aaron habuerunt mandatum Exod. 6. Samuel, & Sampson nisi reuelationē,

&

& prædictionem, Dauid Elias Ezechias nullum à Deo mandatum habuerunt ad illud præmemoratum factum: At ego cum potestate tradita habui à Deo congenitum mandatum super hominibus per executionem Euangelij, & defensiones ab infensis ad Deum Math. 16. quidquid ligaueris super terram, & Ioan. vlt. pasce agnos meos, ad Rom. 15. A. Quorum antiquorum mandatum, ad me est transmissum, sicuti figurarum ad terminum.

Tibi igitur in spiritualibus, Regi in temporalibus obsequemur. Vtrumquè Deus iubet, vtrumquè præstabimus.

Pontifexis Tibi non prohibeo parere Regi tuo in temporalibus, si, & inquantum intra suos fines ei præscriptos à Deo non inuadens spiritualè continetur, sed tibi prohibeo parere Regi tuo postquam agnoui iudicaui, denuntiaui illum publicè indurate abrumpere [illegible] spiritualia, Diuina mandata, quorum super vobis, & Principibus sum a Deo institutus custos, promotor, executor, iudex, & defensor, nam tali casu Deus eum iam priuauit iure potestatis, eiusque priuationem in gestis Diuinis ex aratam Sancti Dei Nuntij, quibus potestate ego succedo, & præsto, prænuntiauerunt ad informationem generandorum a me superius, supra in margine 1. Reg. 12. in fine. 1 imcte cum seq. cap. 15. D. E. F. G. 3. Reg. 11. B. 11. 12. 13. Quia habuisti, &c. dirumpens scindam, &c. cum alijs præcitatis supra cap. 30. ad 2. cap. 27. ad 1. cap. 26. ad 2. 3. 4. 3. Reg. 14. B. C. D. cap. 15. G 30. 4. Reg. cap. 9. cap. 10. 2. Paralip. cap. 6. 16. ita tamen 1. Paralip. 10. D. 17. Mortuus est Saul. Leuit. 26. C. 14. vsque ad G. cui Deus contulerat potestatem, iusquè Regium conditionate, scilicet ad Dei timorem, & obseruantiam Diuinorum mandatorum & non aliter, nec alio modo, proinde sequitur, si talis potestatem gerens persona publicè vrgeat contra Dei honorē, & frangat per induratam inobedientiam eius Diuina mandata, eo ipso iure Diuino, & proposito apud Deum priuetur, & sit priuata persona omni iure potestatis, cuius facti accedente denuntiatione per Dei Ministros Sacros in Testamento veteri, & modò per me eius Vicarium, illius priuatio Regni à Deo est nota & vulgata, ideoque omne debitum populorum ad illum priuatum Regno cessat, quod solum vigebat intuitu datæ, & consistentis potestatis à Deo in eo.

Populus Minas denique quas mandato tuo inseris, miramur quidem, & ex parte metuimus, sed non ita meticulosi sumus, vt plus eas quam oporteat, timeamus, aut ijs ita terreamur, vt metu iniustæ excommunicationis, iustum, aut iure debitum obsequium Regi nostro deseramus, licet enim vulgo iactetur omnem excommunicationem esse timendam scire tamen oportet iniustam excommunicationem non lædere eum in quem fertur, sed eum potius a quo fertur. Si ideo anathematis mucrone nos ferias, quia nolumus mādatum Dei, te iubente, prætergredi & ma-

& malum facere, maledictio vertetur in benedictionem, vt quamuis ligati exterius videamur, interius soluti, & innocentes maneamus.

Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te, scito, & vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus exercituum, à sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula, dixisti non seruiam. Quoties pulsabo obturatas aures tuas Spiritui Sancto, quoties dixi, docui, replicaui Regem esse à Deo institutum iure limitato, conditionato ad Dei timorem, & obseruantiam Diuinorum mandatorum, non aliter, nec alio modo praec't, imediate in marg ne Leuit. 26. C. 14. vsque ad 1. Paralip. 10. D. in fine, 2. Paralip. C. 18. ita tamen si filij tui, &c. 1. Reg. 12. in fine cap. 15. D. E. F. G. 3. Reg. 14. B. C. D. cap. 15. G. 30. 4. Reg. cap. 9. & cap. 10. quia creatura ex Diuino instituto, non potest verti cōtra Creatorem, nec Creator potest amittere iura Creatoris, quæ inter alia sunt, vt ad eius adorationem, timorem, obseruantiam mandatorum eius creatura rationalis, quæcumque, sit obligata, non exempta, non libera per quācumquè rationem; Ideo idem Creator, idem ius Creatoris, & debitum creaturæ priuauit, & priuat quemcumquè donatione, siuè mutuatione, siuè iure potestatis habitę à Deo eo ipso, quod euasit, maxime obstinate publice transgressor Diuinorum mandatorum, & sua prauitate cæteros. Vrgeat ad offensionem Creatoris; & ita Deus priuauit Regno, & iure potestatis Regem Pharaonem, vti repugnantem Diuino mandato, ei denuntiato per Moysen, & Aaron Exod. 5. & 6. cum seq. vsquè ad 15. priuauit iure potestat s Saul, quamuis al'as electum ab eo, vel saltem confirmatum, quia transgressus est Diuinum mandatum de vastando Regem Amalec, 1. Reg. 15. A. D. E. F. ipsumquè Regem Amalec vita, & Regno priuauit per gladium Samuelis, qui a contra executionem Diuinæ vocationis restitit in via populo Israel exeunti de Aegipto, 1. Reg. 15. A. G. 32. &c. contra Regem Salomonem, & si propter scintillam Dauid Patris eius Deus retinuerit vltionem, quia apostatauit a fide propter mulieres, attamen ob tale peccatum in filio eius quasi totum Regnum abstulit cum de duodecim partibus, decem aulliterit a filio eius 3. Reg. 11. B. 9. C. 15. F. 31 G. 36. cap. 12. E. F. Iterum Deus Ieroboam de seruo effectum Regem à Deo propter scelera idolatriæ priuauit vita, & regno 2. Paralip. 13. D. 20. eiusquè domum Regiam funditus de terra extirpauit ob talia scelera contra religionem, 3. Reg. 12. G. ca. 13. A. cap. 14. B. 7. cap. 15. G. 29. Pariter Deus Regem Achab ob eius scelera contra Deum intereunit in bello, & lingerunt canes sanguinem eius in Campo Naboth, iuxta prænuntiationē Eliæ 3. Reg. ca. 21. E. & ca. 22. E. 34. vsq; ad F. Manassē Regē scelestum contra religionem ob talem causam Deus priuauit libertate, & Imperio,

Pontifex.

Ierem. 2.

2. Pa-

2. Paralip. 33. A. B. C. & tandem finiuit totam feriem Regum Israel, ob eorum scelera contra Dei legem 4. Reg. cap. vlt. 2. Paralip. cap. vlt. quorum priuationem de iure Regio à Deo ob eorum transgressiones contra Dei mandata voluit Deus notificare, & denuntiare, Mundo per ora suorum sacrorum ministrorum nempe per Moysen, & Aaron, per Samuelem, per Ahiam, Semeiam, Eliam, Ieremiam, ca. 25. 26. suæ prophetiæ, & per sacram paginam patentem publicam sic exponentem. Ex quibus liquet, duo esse iura Diuina circa Reges sibi inuicem succedentia, vnum institutiuum eorum, & conseruatiuum sub conditione, quod legem Dei obseruarent, & si fragilitate laberentur, per pænitentiam reformarentur. Aliud est priuatiuum eorum iure Regio, & Regno, quia publicè obstinatè repugnarunt Diuinis mandatis, vel etiam violarunt, & hoc tandem memoriæ retine popule insipiens, & duræ ceruicis.

Præcitatis locis constat.

Ideo validè, & sanctè, & tutè iuxta conditiones Diuini iuris instituentis & iuxta Diuinum ius priuatiuum Regum conditionale iuxta Dei gesta, iuxta denuntiationes per seruos Dei, ego Dei Vicarius ampliori potestate succedens illis Diuinis Nuntijs possum priuare similes Reges operantes incorrectè, iure Regio, & denuntiare iam à Deo esse priuatos iure potestatis quomodo ergo dicitis popule nequam, filij scelerati, genimina viperarum, me in similibus sententijs abrumpere iura Diuina, & naturæ, & cōminari vobis, vt eadem dirumpatis? si quam priuationem Regum ob scelera publica obstinantia in Deum à iure Regio, denuntio, sententio iam ob similem causam prænuntiauerunt illi Sancti Dei Ministri, & ipsemet Deus gessit, cuius gesta imitari debeo in exercitio Vicariatus eius mihi demandati? Numquid Deus gessit, aut illi eius Sancti Ministri denuntiarunt contra ius Diuinum, mandatum legem, vel ius naturæ? dum Deus illos Reges priuauit Regno ob indoratam transgressionem eorum, & repugnantiam obedientiæ Diuinis mandatis, eandemquè priuationem Sancti Dei Ministri denuntiarunt Mundo? certè non, igitur & ego dum denuntio talem priuationem Regum a Regno esse à Deo ob eorum induratam repugnantiam Diuinis mandatis, & ex potestate Vicariatus super obligatos ad obseruandum legem Dei pro executione obedientiæ eius à cunctis, priuo Regno Reges peccatores publicos inflexos contra Dei mandata, non violo nequè mando violari Dei mandatum vel ius Diuinum, vel naturale, sed custodio, imitor, defendo, & mando à ceteris custodiri, & obseruari? ad iustam autem priuationem eorum de iure Regio sequitur per correlatiuā consequentiam solutio, liberatio & extinctio cuiuscumquè debiti populorum ad eos per aliud ius Diuinum, scilicet priuatiuum Regum ex causa indurati delicti contra Dei mandata, & consequentias iam iure Diuino instituto, & conseruatiuo

eorum

eorum in iure Regio, auolato, & retracto ab eis à Deo, ob eorum scelera contra mandata Creatoris, sicuti anima auolat à corpore corrupto, & priuatio eius in eo residet.

Et per coincidentiam sententiæ excommunicationis, & alterius censuræ contra eos, & contra populos sunt iustæ, sanctæ, validæ, assimilatæ Diuinis gestis, & denuntiationibus ministrorum Dei, ideoquè contutatę iure naturæ obsequioso Creatori, & iure Diuino, ideo obseruandæ à vobis, & timendæ.

Præterquam, cum vos cum Regibus estis subditi, non Iudices in materia excommunicationis dicente Deo mihi, non vobis, nec alijs, Quidquid ligaueris super terram erit ligatum, & in Cœlis Math. 16. non potestis asseueranter dicere, & obseruare illas sententias esse iniustas, vel nullas? sed vti validas credere, & timere debetis, & contrafacientes abrumpitis Diuinam ordinationem resistendo potestatibus legitimis in materia de qua, per non potestates respectiuè ad materiam de qua, ideoquè Diuinam ordinationem transgredientes damnationem acquiritis, sic denuntiante Apostolo ad Rom. 13 A. & Rei estis mortis ex Dei mandato in Deut. 17. B. C. Si quis superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio (& loquitur ibi de sententijs, eiusdem potestatis) morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq; populus timebit, ne quis deinceps intumescat superbia.

Insolentè autem damnationis æternæ vocem tuam, te non esse meticulosum minarum mearum, iàm cognoui, quia foris es è grege Dei, non es ex ouibus, vel agnis Saluatoris, ideo non agnoscis vocem Pastoris, qui sum ego vice Saluatoris Ioan. vlt. C. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit Lucas 10. C. 16. Qui nouit Deum audit nos, qui non est ex Deo non audit nos, in hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris Ioan. 1. cap. 4. B. (quibus Apostolis non vos, nec Principes, & Doctores vestri, sed ego succedo, & si sit meritorum imparitas, eadem tamen eorum potestas integre est delata in nos, & quemcumquè Pontificem Successorem Beati Petri, Vicarium Saluatoris) propterea, Apostolica sententia, vos ex Deo non estis, sed ex Diabolo, non secundum spiritum veritatis, sed à spiritu erroris seducti, quia nos Successores Apostolorum, & capitis eorum non auditis, imo temere reicitis, & damnatis ballantes post vocem alienorum, quos Deus non instituit, nec sui Vicarios, nec Doctores ex potestate Diuinorum: Ideo cum desertoribus Angelis suorum domiciliorum in iuditium magni diei vinculis æternis reseruauit vos Deus Iudas cap. 1. B. duriusquè iudicium super vos erit à Deo Omnipotente, (quia reiecistis verba Apostolorum, in me cũ suprema auctoritate delata, Iuditium & correctionem vestrum ad salutem æternam) quam super Sodomis & Gommorreis, qui vno momento igne de Cœlo consumpti

& sumpti

sumpti sunt Math. 10. B. 14 nec suspensio, & tarditas Diuini Iudicij, aut vos innoxios à crimine declarat, aut meam reducit sententiam; sed sæuius nutritur contra vos sicuti contra Ieroboam, & populos subditos Regi adhærentes iniquo damnato denuntiato 3. Reg. 12. in fine, cap. 13. A. cap. 14. B. C. D. cap. 15. G. 40. 2. Paralip. 13. B. C. D. 21. Dæmon est spiritus mendatij in ore vestri Barclaij, & cæterorum eius satellitum, vt vos, & Principes vestros decipiat; sic Deo iubente, sicuti contra Regem Achab, decipies, & præualebis, egredere, & fac ita 3. Reg. vlt. D. ob induratam vestram voluntatem in malo, iam iudicatam damnatam, ideo mittet illis Deus operationem erroris, (sicuti alias Maumeti, Arij, mox Lutheri, Caluini, & futuris temporibus Antechristi) vt credant mendatio, vt iudicentur, omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati 2. Thessalo. 2. C. 11.

✠

F I N I S.

Opera Petri Antonij Bosélli Sacerdotis Cremonensis, f. q. Melchioris de Bosellis quondam de Alenis, & Annæ Mariæ de Vitalengo Viciniæ Sancti Pauli Cremonæ 1647. die 23. Aprilis incipiendo ab Anno 20. vsquè ad Annum 50. ætatis suæ.

De Genetrice Dei humanati triginta octo Libri, Quæstiones octocentum octuaginta octo. Tituli dicti operis sunt.

De Cœlo Libri 8. Tit. 8. Quęst 443. Tituli Librorum sunt.

& 2 te,

Septem Opuſcula contra ſeptem Cardinales Errores Ariſtotelis, & multorũ Philoſophorũ.

Apud quondam Eminentiſs. Cardinalem, & Principem Odoardum Farneſium.

Apud Epiſcopum Comenſem Lazarum Carraſinum.

De Creatione quæſtiones circa ſeptuaginta apud quondam Fœdericum Borromeum Archiepiſcopũ Mediolani Cardinalem Eminentiſs.

De Natura Tranſmutabili Libr. 41. Tit. 41. Queſtiones vltra mille ſeptem centum triginta.

Tituli ſunt.

De Anima intellectiua hominis Lib. 9. Tit. 9. Quęst. 835.

Theologia diuisa in Libros, & Titulos nouem, Quæst. octocentũ.

De Immortalitate Creati Ordinis Libri tres, & Tituli tres Quęstiones quattuor centum septuaginta sex.

De Anima sensitiua immortali sensuum immortalium, Libr. 8. Tit. 8. Quæst. 180.

Insti-

Institutiones Scholasticæ, hoc est Dialectica, & Textus.

De improcedente, & procedentibus vniuersis comprendi introductorium ad Libros Quæstionum Auctoris diuiditur in 4. Libros, & plurimos Titulos, & Capita 340.

Vniuersa prædicta sunt independentia ab Aristotele, & cæteris Sapientibus naturalibus, & sunt ferè in totum contra, & vltra omnem Scholam eorum.

De Sacerdotio, & Imperio Opus Morale diuisum in 5. Titulos, & Capita 231.

Errata.			Corrige.
Folio 8.	Linea 34.	à Deo.	à Reo
f. 10.	l. 17.	prætermissa.	præmissa
f. 11.	lin. 3.	quem	quam
f. 12.	l. 12.	Regies	Reges
f. 13.	l. 20.	Beatiledinem	Beatitudinem
f. 14.	l. 24.	priuatio	priuatione
	l. 28.	transressio	transgressio
	l. 30.	puer	puro
f. 15.	lin. 7.	contentum	cumtemptum
f. 17.	lin. 4.	attentats	attentati
	l. 17.	demorentem	demorantem
f. 18.	l. 21.	mittat	mittet
	l. vlt.	magis	Magis
f. 19.	l. 32.	vt è	vt infra
f. 20.	l. 37.	& spiritualis	est spiritualis
	l. 27.	erat	errat
f. 21.	lin. 9.	per Inuisibilia	per Inuisibilia, & Visibilia
f. 22.	l. 22.	est	&
f. 23.	lin. 3.	Exod.	1. Reg.
f. 24.	l. 23.	minor	minoris
f. 28.	l. 18.	super Deus	semper Reus
f. 33.	li. 9.	deuiam	deuium
	l. 28.	tuum	suum
	l. 33.	Sanson	Samson
	l. 40.	ester	Esther
f. 35.	l. 16.	Ethcicis	Ethnicis
f. 38.	l. vlt.	Gedon	Gedeon
f. 42.	li. 3.	est	sit
f. 44.	l. 20.	refertur	refert se
f. 46.	l. 11.	tit	Tit.
	l. 40.	Ecclesiam	Ecclesia
f. 47.	l. 33.	Montem	mentem
f. 48.	l. 18.	cuius	cui
f. 50.	l. 11.	expemtus	exemptus
	l. 37.	bororum	bonorum
f. 51.	li. 5.	imperi	Imperij
f. 52.	l. 24.	damnatur	damnantur
f. 53.	li. 8.	edactum	edoctum
f. 55.	l. 30.	perfecta	perfectè
f. 56.	li. 4	perditione	perditioni
	l. 15.	ugata	fugata

f. 57.	l. 14.	cui	qui
	l. 22.	ad Corint.	1. ad Corin.
f. 58.	li. 3.	eſt Deus	eſt Reus
f. 60.	l. 14.	dico	dic
f. 62.	l. 8.	alterius	alias
f. 63.	l. 10.	Imperatorũ aduocatis	Imperator cum aduocatis
	l. 32.	adherens	adherente
	l. 36.	&	vt
	l. vlt.	honorum	bonorum
f. 65.	l. vlt.	relatus	zelatus
f. 66.	l. 11.	obſiditur	obſidetur
f. 67.	li. 8.	inprudentiæ	imprudentia
	l. 34.	dirigibilie	dirigibilia
f. 72.	l. 26.	priùs	prior
	l. 16.	cotra	contra
f. 74.	l. 41.	&	eſt
f. 75.	l. 14.	eorum	eius
f. 76.	l. 12.	nequè	nempe
f. 77.	l. 12.	aductum	aduentum
f. 78.	l. 15.	càr entem	carpentem
f. 80.	l. 36.	impenſas	infenſas
f. 82.	l. vlt.	atai ſmum	atheiſmum
f. 86.	l. vlt.	electus	electas
f. 87.	li. 2.	partibulis	patibulis
f. 88.	l. 25.	zizaniam	zizanium
	l. 29.	Concilio	conſilio
f. 93.	l. 13.	virca	virga
	l. 40.	contuli	contulit
f. 94.	li. 8.	vetatur	vertatur
f. 95.	l. 15.	per coincidentia	per coincidentiam
f. 96.	l. 13.	per refugit	repergit
	l. 35.	attinentiæ	attinentia
f. 101.	l. 12.	inuitus	inuitum
f. 103.	l. 14.	ſubiacet	ſubiacent
	l. 15.	effecta	affecta
	l. 24.	ratione	rationem
	l. 33.	dictum	dictu
	l. vlt	præualet	præualent
f. 105.	li. 5.	Samuelem	Salomonem
	l. 28.	ipleratorem	Imperatorem
	l. 34.	cap. capiens	cap. cupiens
f. 107.	l. 16.	opponenda	opponendo
	l. 40.	præeminentiam	præeminentia

f. 108.	l. 10.	ſempiternam	ſempiternum
	l. 41.	executorem	executor
f. 111.	l. 33.	recognoſcis	recognoſcit
f. 114.	l. 24.	eas	eos
	l. 30.	Deus	Reus
f. 116.	l. 36.	Si	51.
f. 118.	li. 9.	Deus a	Reus ea
	l. 12.	illi Deo	illi Reo
	l. 12.	& ita Deus	& ita Reus
f. 121.	li. 4.	ſuam poteſtatem	ſua poteſtate
	li. 5.	tui	ſui
	li. 6.	reprehenſo	reprehenſio
f. 124.	l. 24.	dixerant	dixerat
f. 125.	l. 29.	ſeruo	ſæuo
f. 128.	l. 24.	at	ac
f. 130.	li. 1.	tamem ſi	tametſi
	l. 35.	Regi	Regem
	l. 38.	Iudex	Iudæ
f. 132.	li. 8.	Poteſtatis à Deo	Poteſtatibus à Deo
f. 133.	l. 21.	Euangelicum	Euangelium
f. 135.	l. 28.	inſidietur	inſidiæ
	l. 38.	perdidi	perdidit
f. 144.	l. 4.	eique	atquè
	l. 33.	auacuauit	euacuauit
f. 145.	l. 24.	quas	quos
f. 149.	l. 29.	proiectos	proiectus
f. 150.	l. 27.	Regnum	Regum
	l. 38.	Deum	Reum
f. 151.	li. 3.	minore	minare
	l. 12.	finem	fine
f. 152.	li. 3.	Ebrei	ebrij
	l. 28.	de Rege Ieroboã	de Rege Ieroboam, &c.
	l. 34.	has	hos
	l. 37.	fido	infido
f. 157.	l. 23.	propoſitio	propoſito
f. 158.	li. 5.	proditor	proditori
	l. 13.	addita	edita
f. 160.	l. 24.	Abbreuiatorum	Abbreuiatorem
	l. 24.	quam prænouiſſe Abbreuiatorem textus oſtendit, dum reſpondet ei §. non enim.	(quam prænouiſſe Abbreuiatorem, textus oſtendit, dum reſpondet ei §. non enim)

f. 160.	l. 27.	occurit §. non enī	occurit §. non enim)
f. 164.	li 2.	aduerſi	aduerſis
	l. 14.	eis	eius
f. 165.	l. 22.	alios	aliàs
	l. 30.	Regi	Regij
f. 166.	l. 38.	dius	dies
f. 167.	li. 6.	diſpenſat	diſpenſant
	l. 39.	reſiſtentem	reſiſtenti
f. 168.	li. 7.	Poteſtate	Poteſtntem
	l. 9.	Regnum	Regum
f. 169.	l. 22.	ſupra ſępius hoc reſponſo	(deleatur
f. 170.	l. 25.	ſententia	ſententiam
f. 172.	l. 29.	ad eum	ad eam
	l. 30.	ſupra in margine	(deleatur
	l. 26.	ad Dei	ad ei
f. 173.	l. 18.	& miniſtros eius	& miniſtros eius, &c.
f. 175.	l. 10.	illas	illos
	l. 15.	hoſtile	haſtile
f. 176.	l. 34.	erga nos	erga eos
f. 177.	l. 37.	Paſtore	Paſtorem
f. 178.	l. 30.	poteſtate	poteſtatem
	l. 35.	priuant	priuantur
f. 181.	li. 7.	Miniſter	Miniſtrorum
f. 182.	l. 19.	ſupra in margine	(deleatur
f. 183.	l. 10.	peçcit imediat in margine	(deleatur
	l. 21.	Vrgeat	vrgeat (ſine precedente puncto)
f. 184.	l. 29.	indoratam	induratam